

piatur casu, vel morte certe perendum est. *Ibid.*

67. Tam cito perditur, nisi fortiter custodiatur quod charum habetur et utile. *In Regula monachorum*, cap. 48.

HUGO A
SANCTO
VICTORE.

68. Quam magnum damnum incurrit, qui pro rebus transeuntibus, hoc unde debet esse beatus perdit! *Sup. Regulam D. Augustini*, cap. 8.

HUGO CARD.

69. Quanto quod possidetur ceteris est utilius, tanto amittitur damnosius. *Sup. Exod.* cap. 23.

70. Divitiarum amissio nihil aliud est quam gravis oneris depositio. *Sup. Job.* cap. 1.

71. De amissione temporalium non est dolendum, quia non sunt nostra; sed de amissione spiritualium, quae habita faciunt beatum. *Ibid.*

IDIOTA.

72. Divitiarum amissio, magni doloris est. *In Contempl. amoris divini*, cap. 2.

JOAN. CASS.

73. Quidquid per diligentiam acquiritur, potest etiam per negligentiam deperire. *In collat. 6. Theodori Abbat.* cap. 16.

S. JOANNES
CERYBOST.

74. Privatus es pecunia; si gratias egeris Deo, mortalem diabolo plagam intulisti. *Prosec.*

75. Sed si ad vates abieris pro perditis recuperandis, animam tuam perdis, et alius derisio eris, atque iterum rem perditam male amittes. *Hom. 5. de Patientia Job.*

76. Fide servata, etiamsi omnia perdas, omnia tamen cum magnificentia recuperabis. *Hom. 34. sup. Matth.*

77. Qui secularibus rebus servit, et illis deditus in proposito perseverat, necesse est ut ille celestium amittat thesaurum. *Hom. 64. in Matth.*

78. Quod invitus amittis propter Dei timorem, majorem pro illo mercedem habes, quam si illud in eleemosynam dedisses. *Hom. 12. Oper. imperf. sup. Matth.*

79. Si vel parum argenti amiseris, id omnino damnum appellas; sin totos dies in diaboli operibus consumperis, nihil amississe opinaris. *Pros.*

80. Omnia potius sunt amittenda, quam tempus: aurum amittis, poterit recuperari; amissum autem tempus, nunquam. *Hom. 57. sup. Joan.*

81. Sunt non pauci, qui verbera ferunt, jacuram vero rerum non ferunt. *Prosec.*

82. Quia earum gratia cædi mallent, innumerasque perpeti molestias, quam ex illis quidquam amittere. *Hom. 1. sup. Epist. ad Cor.*

83. Perdidisti auri libras decem millia? ago gratias confestim Deo, et centum millia acquisisti per vocem illam et gratiarum actionem. *Hom. 20. sup. Epist. ad Hebr. in Morali.*

84. Quod amittitur ut iterum acquiratur, labore multo indiget; quod autem tenetur ne amittatur, non item. *Ibid.* *Hom. 21.*

85. Quanto contristat res perditam, tanto magis iustificat si fuerit inventa. *Lib. 2. de Sum. bono.* s. ISIDORUS HISPALENSIS. cap. 44.

86. Qui plusquam oportet res transitorias diligunt, majorem sibi ingerunt dolorem rei ablatae, quam amorem parturiebant possessæ. *Prosec.*

87. Cum gravi enim dolore amittuntur, que cum magno amore habentur.

88. Minus autem carendo dolemus, minus possidendo diligimus. *Ibid.* lib. 3. cap. 59.

89. Major Dei metus causa est, cur ea quæ chara habentur, minime amittantur. *Prosec.*

90. Quo enim præstantius est, et quo charius habetur quod amatur, eo vehementius is, qui illud charum habet, ejus amissionem timet. *De necessariis quibusdam question.*

91. Certe nullus labor est recusandus, quo id acquiratur, quod nullo modo possit amitti. *Lib. 6. de Vero cultu*, cap. 4.

92. Malo animam meam perdere ut custodiam, quam custodire ut perdam. *Sup. Job.* cap. 2.

93. Nihil in anima possessione Dei feliciter, et Deo similiter; nihil in amissione miserius, et Deo dissimiliter. *Lib. 6. Epist. Ep. ultima.*

94. Amisisse te non doleas, quod cum amiseris non dolebis. *Serm. 101.*

95. Quæris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas. *Serm. 59 de S. Nicolao.*

96. Boni temporalis amissio, fit exercitium justitiae, et injusti supplicium. *Prosec.*

97. Quia justus desiderio cælestium captus, omnia temporalia, sive habeat, sive amittat, omnino non sentit.

98. Sed iniquus, quod cum delectatione habuit, sine dolore non perdit. *Lib. 2. de Vita contempl.*, cap. 13.

99. Hoc solum nunquam amittitur, quod operi pietatis impenditur. *Sent. 98.*

100. Potest homo inivtus amittere temporalia bona, nunquam vero, nisi volens, perdit æterna. *Ibid.*

101. Id solum recte diligitur, quod nunquam bene amittitur. *Ibid.*

102. Si amisisti vitæ gaudia; negotiatio est aliquid amittere, ut majora lucreris. *Ad Martyres*, cap. 2.

103. Sollicitudo est in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo. *Sup. Ep. I ad Tim. c. 6.*

104. Cito perditur celestis thesauri desiderium in silentio acquisitum, nisi fuerit cum omni diligentia ab extraneis rumoribus custoditum. *Serm. I. ad Novitios*, Divis. 3.

105. Cito potest periri per negligentiam, quod multo labore vix tandem acquisitum est per gratiam. *Lib. I. de Imit. Christi*, cap. 22.

s. ISIDORUS
HISPALENSIS.

s. JUSTINUS
MART.

LACT. FIRM.

PETRUS
BLESENSIS.

PETRUS
CELLENSIS.

s. PETRUS
CHEYSOL.

s. PETRUS
DAMIANUS.

s. PROSPER.

TERULLIAN.

s. THOMAS
AQUINAS.

THOMAS
A KEMPIS.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL. 106. Nemo sua sponte (simpliciter et absolute loquendo) rerum suarum jacturam facit; sed sua ac cæterorum salutis causa omnes faciunt, qui modo sanæ mentis sint. *Lib. 3. de Moribus*, cap. 1.

CICERO.

107. Non possunt unam civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. *Orat. 13. pro Lege Manilia.*

108. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit. *Libr. 5. epist. 18. ad Fabium.*

109. Nunquam dicam illum bona perdidisse, si quis pecus aut suppellectilem amiserit. *De Paradisis*, cap. 2.

110. Nihil neque meum est, neque ejuspian, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest. *Ibid.* cap. 4.

EPICETES
PHILOSOPHI.

111. Nunquam te quidquam perdidisse dico, sed reddidisse: filius obiit, redditus est. *In suo Enchirid.* cap. 15.

PLATO.

112. Moderatus vir, moderato et quidem amico orbari morte, non prorsus acerbum ducere debet. *Lib. 3. de Republ.*

SENECA.

113. Nihil eripitur, nisi retinenti. *In lib. Cur bonis viris*, cap. 5.

114. Mihi divitiæ si effluerint, nihil auferent. *De beata vita*, cap. 22.

115. Cogitandum est quanto levior dolor fit non habere, quam perdere et intelligamus paupertati eo minorem tormentorum, quo minorem damnorum esse materiam. *De tranquill. animi*, cap. 8.

116. Tolerabilis est, facilisque non acquirere, quam amittere. *Ibid.*

117. Putabo hunc non esse felicem, si quem mihi inveneris, cui nihil pereat. *Ibid.*

118. Sapiens nihil perdere potest: omnia in se reposit; nec augeri, nec minui potest. *De Constantia sapientis*, cap. 5.

119. Ita habe perfectum illum virum, humanis divinisque virtutibus plenum, nihil perdere. *Prosec.*

120. Bona ejus solidis, et insuperabilibus munitis præcincta sunt. *Ibid.*

121. Is perdidit, qui cito se perdidisse credidit. *Lib. 1. de Benefic.*, cap. 3.

122. Rerum natura nihil dicitur perdere; quia quicquid illi avellitur, ad illam redit. *Prosec.*

123. Nec perire quidquam potest, quod quo excedat, non habet; sed eo revolvitur, unde discedit. *Ibid.* lib. 5. cap. 8.

124. Nullum bonum juvat habentem, nisi ad cuius amissionem preparatus est animus. *Prosec.*

T. I.

125. Nullius rei facilius est amissio quam quæ desiderari amissa non potest. *Epist. 4.*

126. Stippon, capta patria, amissis liberis, amissa uxore, interroganti Demetrio, num quid perdidisset: Omnia, inquit, bona mea mecum sunt: justitia, virtus, temperantia, prudentia, quod bonum eripi non potest. *Ep. 9.*

127. Quod perituum est, tecum ipse versa, et circumspice, nos agunt in insaniam, et cum plurimis lacrymis amittimus. *Prosec.*

128. Si diu illud habuisti, perdis postquam satiatus es; si non diu, perdis antequam assuescas.

129. Nies non damnum in his molestum esse, sed opinionem damni.

130. Nemo illa perisise sentit, sed cogitat.

131. Qui se habet, nihil perdidit. *Ep. 42.*

132. Id agamus, ut jucunda nobis fiat amissionum recordatio. *Ep. 63.*

133. Habui amicos, tanquam amissurus; amisi, tanquam habeam. *Ibid.*

134. In æquo est dolor amisse rei, et timor amittende. *Ep. 98.*

135. Tam necesse est perire, quam perdere: et hoc ipsum, si intelligimus, solatium est, æquo animo perdere, quod perituum est. *Ibid.*

136. Habere, eripitur; habuisse, nunquam. *Ibid.*

137. Quid doles amississe, quod habuisse non prodest? *Ep. 99.*

AMOR IN GENERE.

Definitio. Quid est amor, nisi quædam vita duo aliqua copulans, vel copulare appetens: amantem scilicet et quod amatur? *Lib. de Trin.* cap. 10. Amor est delectatio cordis alienius ad aliquid, propter aliquid per desiderium percurrrens, atque per gaudium requiescens: per desiderium in appetendo, et per gaudium in perfrendendo. *De spir. et anima*, cap. 45.

Amor nihil aliud est, quam vehemens et bene ordinata voluntas. *De Amore Dei*, cap. 7. Amor est connexio et vinculum quo omnium rerum universitas inaffabili amicitia, insolubili unione copulatur. *In itineribus septem in Deum. De itinere 4.*

Amor est virtus unitiva amantis cum amante. *Ibid.*

Amor est mutua animorum unio. *De Perfectione charitatis.*

Amor est bona erga alterum propter ipsum voluntas.

Amor est intrinsecus insita in id, quod animo est jucundum habitudo, operans per voluptatem

s. AUGUSTIN.

s. BERNARD.

s. DONAVENT.

DIONYSIUS
CARTUS.

HUGO
A S. VICTORE.

s. GREG. NISS.

- et delectationem. Hom. 8. sup. *Ecclesiasten*.
 Amor est affectio vehemens cordis et anime,
 ac mentis applicatio ad aliquod diligendum. *De
 Contempl. de amore divino*, cap. 1.
 Amor est quedam vis mutua, et virtus agglu-
 tinativa, summa movens ad infima et novissima.
De Contempl. divini amor., cap. 14.
 Amor est anime vacantis passio. Homil. 40.
Oper. imperf. sup. Matth.
 S. JOANNES CHEYSOST. Amor animalis, est inclinatio vel motus con-
 surgens ex apprehensione boni, vel tanquam
 JOAN. GEBS. boni. *De Passione anime*.
 Amor est quedam vis appetitiva rerum, quas
 PETRUS BLESENS. ex desiderio eligimus, et amplectimur ad fru-
 endum. *De Amicitia*, cap. 1.
 S. THOMAS AQUINAS. Amor est nexus amantium. Part. 1, quæst. 37,
 art. 1. Arg. 3.
 Amor est unio amantis ad amatum. *Ibid.*
 quæst. 28. art. 1.
 CICERO. Quid est amare, nisi velle bonis aliquem affici
 quam maximis? etiamis ad se ex his nihil redeat.
 Lib. 2. *De Finibus*.
 S. THOMAS AQUINAS. Descriptio. Amor est prima omnium passio-
 num. 1. 2. quæst. 25. art. 2.
 S. AUGUSTIN. Divisio. Dnas civitates faciunt duo amores: Hie-
 rosalem facit amor Dei, Babyloniam facit amor
 sæculi: interroget ergo se quisque quid amet, et
 inveniet unde sit civis. Sup. *Psaln. LXIV*.
 Duo sunt amores, mundi et Dei: si mundi
 amor habitat, non est qua intret amor Dei; re-
 cedat amor mundi et habitat Dei, melior accipiat
 locum. Tract. 2. in cap. 2. *Epist. B. Joann.*
 Est amor utilis, est amor noxius: amor amore
 impeditur, amor noxius recedat, et amor utilis
 succedat. *Homiliarum quinquaginta, in Homil.*
 37.
 DONAVENT. Amor multiplex est, scilicet: naturalis, erga
 se; pius, erga parentes; jucundus, erga socios;
 justus, erga amicos; violentus, erga inimicos;
 sanctus, erga Deum. In *Compendio Theologie*,
 lib. 3, cap. 24.
 HUGO CARD. Quadruplex est amor: Primus est divinus et
 celestis, qui charitas appellatur, et hic merito-
 rius est.
 Secundus, venenosus, libidinosus, diabolicus,
 et hic damnabilis est.
 Tertius, carnalis, quo quis carnem propriam,
 vel parentes diligit: et hic, si moderatus sit,
 tolerabilis est; si immoderatus, reprobabilis est
 et damnosus.
 Quartus, mundanus, qui, si moderatus sit, li-
 citus est et concessus; si immoderatus, delecta-
 bilis et perniciosus est. Sup. *Canticæ* in Prologo.
 S. ANTONIN. Differentia. Differentia ista tria, scilicet: amor,
 dilectio et charitas. *Proser.*
- Amor importat complacentiam ad rem amatam
 et sic est communis nobis et brutis.
 Dilectio supra amorem addit electionem, et po-
 test convenire et bonis et malis.
 Charitas autem addit supra dilectionem quam-
 dam perfectionem, seu divinam infusionem. Part.
 1. tit. 6. cap. 2.
 Inter amorem mundi, et amorem Dei, hæc est
 differentia, quod mundi amor in principio dulcis
 esse videtur, sed finem habet amarum. *Prosec.*
 Amor vero Dei ab amaritudine incipit, sed
 ultima ejus dulcedine plena sunt. Lib. 1. *de Arca
 Noe, in Morali*, cap. 1.
 Amare et amicum esse, dissimilia sunt: qui
 amicus est, amat; qui amat, non utique amicus
 est. *Prosec.*
 Itaque amicitia semper prodest, amor etiam
 aliquando nocet. Ep. 35.
 Productio. Duo sunt rivi, qui de fonte amoris,
 emanant: cupiditas et charitas. *Pros.*
 Est omnium malorum radix cupiditas, et om-
 nium bonorum radix charitas. *De substantia di-
 lect.* cap. 1.
 Amor perversus, ab odio, odium rectum, ab
 amore est. *Homiliarum quinquaginta*. Hom. 37.
 Ex timore honor, ex honore solet procedere
 amor. Sup. *Canticæ* in Prologo.
 Amor, est prima radix omnium passionum.
 1. 2. quæst. 46. art. 1.
 Amor est prima affectio, et omnium affectionum
 radix. 1. 2. quæst. 70. art. 3.
- SENTENTIAE PATRUM.
1. Amor verus constantia probatur. Lib. 6, Ep. s. ALEXANDRI
 40, ad Sabinum.
 2. Ponderibus suis aguntur omnia, et loca sua
 petunt: pondus meum amor est, eo feror quo-
 cumque feror. Lib. 13. *Confess.* cap. 9.
 3. Jubet lex æterna avertere amorem à tempo-
 raliibus, et eum mundatum convertere ad æterna.
 Lib. 1. *de Lib. arbit.* cap. 15.
 4. Hoc sine amore adest, quod sine dolore dis-
 cedit. *De Vera Religione*, cap. 47.
 5. Beatus (quantum existimo) neque ille dici
 potest, qui non habet quod amat, quatecumque
 sit: neque qui habet quod amat, si noxius sit;
 neque qui non amat quod habet, etiamis optimum
 sit. *De Moribus Eccl.* cap. 3.
 6. Nihil est tam durum atque ferreum quod
 non amoris igne vincatur. *Ibid.* cap. 22.
 7. Sine dolore non percutit, que cum amore
 possessa sunt. In *Enchirid.*, cap. 68.
 8. Non amatur amor, nisi jam aliquid amans:
 quia ubi nihil amatur, nullus est amor. *Pros.*
 9. Duo ergo sunt, cum se quisque amat: amor

- et quod amatur, tunc amans: et quod amatur
 unum est. Lib. 9. *de Trin.* cap. 2.
 10. Amans aliquo amore amat; et amor ali-
 cujus amantis est. *Ibid.*
 11. Tanta vis est amoris, ut ea, que cum amore
 diu mens cogitaverit, eique curæ glutino inhæ-
 serit, atrahat secum, etiam cum ad se cogitan-
 dum quodammodo redit. *Ibid. libr. 10. cap. 5.*
 12. Amari aliquid (nisi notum) non potest.
Ibid., lib. 10. cap. 1.
 13. Tunc laudandus est animus vehementer
 amans, cum id quod amat vehementer aman-
 dum est. *Ibid.* cap. 11.
 14. Hi duo amores sunt, scilicet, 1. Pecunie:
 quorum alter sanctus est, alter immundus; alter
 specialis, alter privatus; alter subditus, alter
 æmulus; alter tranquillus, alter turbulentus;
 alter pacificus, alter seditiosus; alter laudibus
 voluntatem præferens, alter quoquomodo laudis
 avidus; 2. et charitatis: quorum alter amabilis,
 alter invidus; alter volens proximo quod sibi; alter
 subjiciens proximum sibi; alter propter proximi
 utilitatem regens proximum, alter propter suam.
 15. Nulla est major ad amorem invitatio, quam
 prævenire amando: et nimis durus est animus,
 qui dilectionem si nolebat impendere, nolit et
 rependere. *De Catechizand. rudibus*, cap. 4.
 16. Ubi gratior amor est, ibi non æstuat indi-
 gentia: scilicet, sed ubertate beneficentiæ pro-
 fluit. *Ibid.*
 17. Nec qui amat, malum est; nec quod amat,
 malum est; nec amor, quo amat, malum est:
 sed quod male amat, malum est; et hoc omne,
 malum est. *De Substantia dilection.* cap. 2.
 18. Vita cordis amor est: impossibile est ut
 sine amore sit cor, quod vivere cupit. *Ibid.*,
 cap. 6.
 19. Humana mens sine amore esse non potest,
 aut scâpsam, aut certe aliud aliquid a se diligit,
 necesse est. *Ibid.*
 20. Ea est vis amoris, ut oculus mentis offerat,
 quod ardentius mens desiderat. *De amicit.*
 cap. 26.
 21. Minus amor habet amoris, ubi se sentit
 (qui diligit) non amari. *Ibid.*
 22. Qui perverse amat cujuslibet naturæ ho-
 num, etsi adipiscatur ipse sit in bono malus, et
 miser meliore privatus. Lib. 12. *de Civit. Dei*,
 cap. 8.
 23. Nullis creatura et bene potest amari, et
 male: bene scilicet ordine custodito, male autem
 ordine perturbato. *Ibid.*, lib. 15. cap. 22.
 24. Sunt sordes animi, amor quarumlibet
 rerum, præter animum et Deum, a quibus sor-
 dibus quanto est quis purgator, tanto verum
 facilius intuetur. *De utilitate credendi*, cap. 16.
 25. Si ubi est timor operetur labor, ubi erat
 labor erit et amor. Lib. 2. *de Adulterinis conjug.*,
 cap. 13.
 26. Vere felix est, qui, non si id habet quod
 amat, sed si id amet quod amandum est.
 27. Multi miseri sunt magis habendo quod
 amant, quam carendo; amando res noxias miseri,
 habendo sunt miseresiores. Sup. *Psaln. xxvi. Enarr.*
 2, vers. 7.
 28. Quisquis amat carnaliter, necesse est ut
 cum zelo pestifero amet. Sup. *Psaln. xxxiii*,
 vers. 3.
 29. Non recusetur labor, si adest amor; quo-
 niam, qui amat, non laborat: omnis enim labor,
 non amantibus gravis est. Tract. 48, sup. *Evang.*
 Joan. de cap. 10.
 30. Non minus amori lingua serviat, quam ti-
 mori. *Ibid.*, tract. 423. de cap. 21.
 31. Omnia sæva et immania, prorsus facilia, et
 prope nulla efficit amor. *Prosec.*
 32. Que dura sunt laborantibus, eisdem ipsis
 mitescunt amantibus. Serm. 9. *de Verb. Dom.*
 33. Animus velut pondere, amore fertur quo-
 cumque fertur. Ep. 89. *ad Hilarium*.
 34. Quod non propter se amatur, non amatur.
 Lib. 1. *Solitog.*, cap. 13.
 35. Impatiens est animus, nec lacrymis mo-
 dus sit, nisi amori detur quod amatur. *Ibid.* lib.
 2, cap. 1.
 36. Pudeat cum alia non amentur, nisi quia
 bona sunt, eis inherendo non amare bonum ip-
 sum, unde bona sunt. Lib. 8, *de Trin.*, cap. 3.
 37. Nullum bonum perfecte noscitur, quod non
 perfecte amatur. *Prosec.*
 38. Neque ut sola mens potest cognoscere, ita
 et amare sola potest. *De lxxxiii Quæst.*, quæst.
 35.
 39. Nullomodo sunt onerosi labores amantium,
 sed etiam ipsi delectant. *Pros.*
 40. In eo quod amatur, aut non laboratur, aut
 et labor amatur. *De bono viduitatis*, cap. 21.
 41. Amor inhians habere quod amatur, cupidi-
 tas est: id autem habens, eoque fruens, lætitia
 est: fugiens quod ei adversatur, timor est; idque
 si acciderit, tristitia est. Lib. 14, *de Civit. Dei*,
 cap. 7.
 42. Amate, sed quid ametis, videte. *Pros.*
 43. Amor vacare non potest: quid enim de
 quoquam homine, etiam male operatur, nisi
 amor?
 44. Da mihi vacantem amorem, et nihil ope-
 rantem: flagitia, adulteria, facinora, homicidia,
 luxurias omnes, nonne operatur? In Prefat.
Psaln. xxxi.

45. Amor ipse non ita sentitur esse, cum non prodit indigentia; quoniam non semper prodest, quod amatur. Libr. 10, de Trin. cap. 12.

46. Si amare piget, saltem redamare non piget. De Catechisand. rudibus, cap. 4.

47. Amor perversus anima, abundat: amor autem rectus, valde paucorum est. Ex Homiliis quinquaginta, Hom. 37.

48. Homines mali, mundus vocantur, ex eo quod illum amant. Prosec.

49. Amando Deum, efficiuntur dii: amando mundum, mundus dicuntur. Serm. 24, de Nativitate.

50. Vis Dei dura sunt timori, levis amori. De natura et gratia, cap. 70.

51. Quae vides, bona putas, falleris, sanus non es, nimia febre phreneticus factus es: verum non est, quod amas, vanitas est, insaniam mendax est. Sup. Psalm. xxxix, vers. 6. Non respicit in vanitates, etc.

52. Quam tenebrosus amor, quo lucis spernitur auctor? In Proverb. suis, verbo Quam.

53. Præceptum amor, nec iudicium præstolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi subieitur. Serm. 9, sup. Cant.

54. Cum presto est quod amatur, viget amor; languet, cum abest. Ibid., sermon. 51.

55. Amor intemperans pudorem, modum, et consilium nescit. Ibid., serm. 73.

56. Amor reverentiam nescit: ab amando quippe amor, non ab honorando denominatur. Pros.

57. Honoret sane qui horret, qui stupet, qui metuit, qui miratur, vacant hæc omnia penes amantem.

58. Amor sibi abundat, amor ubi venerit, cæteros in se omnes traducit, et captivat affectus.

59. Propterea qui amat, amat, et aliud novit nihil.

60. Ipse qui honori merito, merito stupori et miraculo est, amari tamen plus amat. Ibid., Ser. 83.

61. Suspectus est amor, cui aliud adipiscendi quam in Deo spes suffragari videtur: inirmus est, qui forte spe subtracta aut extinguitur aut minuitur: impurus est, qui et aliud cupit. Ibid.

62. Purus amor mercenarius non est: purus amor, de spe vires non sumit, nec tamen diffidentiam damna sentit. Ibid.

63. Ubi amor est, labor non est, sed sapor: quoniam amanti nihil difficile est. Lib. 5 in Floribus, cap. 26, et Serm. 83 sup. Cantica.

64. Flagrans ac vehemens amor, cum se intra se cohibere non valet, non attendit quo ordine, qua lege, qua serie, seu paucitate verborum ebulliat, dummodo ex hoc nullum sui sentiat detrimentum. Pros.

65. Interdum nec verba requirit, interdum nec voces omnino ulla, solis ad hoc contentus suspiriis. Ser. 67, in Cantica.

66. Non est sincerus amor, ubi dubietatis scrupulus suspitionis faciem retinet. Epist. 178, ad Innocent. Papam.

67. Ars est artium, ars amoris: cuius magisterium ipsa sibi relinquitur natura. De natura amoris divini, cap. 1.

68. Sine Deo, amarus est omnis amor. Ep. ad quemdam.

69. Quidquid propter aliud amare videaris, id plane amas, quo amoris finis pertendit, non per quod tendit. In tract. de Diligendo Deo, verbo Dico.

70. Nullus ibi apparet labor, ubi verus est amor. Serm. 13, de Cena Domini.

71. Cuncti amori libenter obediunt, et ejus iugo colla submitunt: perversi, perverso: lubrici, lubrico; sancti, sancto; casti, casto, et quilibet in desiderio suo. Ibid.

72. Nullo modo est amandum, quod absque dubio est perdendum, et doloris est finaliter causativum. Serm. 6, de SS. Apost.

73. Quod cor amat, saepe de eo cogitat: saepe enim cogitant vani de carnis deliciis, et saepe superbi de eminentiis, et spirituales saepe de divinis. Prosec.

74. Homo maxime de eo cogitat, quod præ cæteris amat: si de mundo magis, quam de Deo cogitas, mundum magis, quam Deum amas. Serm. 8, sup. illud Joann. 14: Si quis diligit me.

75. Similitudo magna, est causa magni amoris. Ibid. Ser. 9.

76. Amor omnia gravia, levia; et amara, dulcia facit. Serm. 2, de pluribus Confess.

77. Quid vis, an amare temporalia, et transire cum tempore? an Christum amare, et in æternum vivere? In collat. de contemptu seculi.

78. Amore tendente in rem amatam nihil velocius, nihil acutius, nihil subtilius, aut penetrabilius. In itineribus septem, itinere 4.

79. Sæpe spiritu amor inceptus, consummatur carne. Lib. 1, de profectu Relig. cap. 39.

80. Non est præsentior noster spiritus ubi amat, s. DONAVENT. quam ubi amat. De septem itineribus, itin. 4.

81. Ille verus amor est, qui veritatis affectum sic rigida deliberatione custodit, ut omnino exerceatur quod ei potest esse contrarium. Sup. Psalm. cxviii, vers. Iniquitatem odio habui.

82. Amor amore vincitur. Homil. 40.

83. Qui vere aliquid amat, et vult prodesse: quod autem prodest, præstantius est. Lib. 1.

84. Non debet contendere quod non licet amari. De duodecim Abusion. cap. 7.

s. DONAVENT.

s. DONAVENT.

s. DONAVENT.

s. BERNARD.

s. CLEM.

CASSIODORUS.

s. CESARIUS.

s. ABELIENSIS.

s. CLEM.

ALIX.

s. CYPRIANUS.

DIONYS.
CARTHUS.

85. Amor transponit et mutat amantem in amatum. Sup. Ep. ad Galat. cap. 2. art. 2. sub fin. sup. illud. Vivit vero in me Christus.

86. Anima verius est ubi amat, quam ubi animat. Sup. Epist. ad Philipp. cap. 3.

87. Ubi amor, ibi oculus: et quod quis ferventius amat, in illo magis quiescit. De Professione Monastica, art. 5.

GILBERTUS
ANGLUS.

88. Quanto fuerit expeditior animus, tanto impensor erit in illud quod amat. Serm. 1. sup. Cant.

89. Magna vis amoris! semper amari se præsumit, qui amare se sentit. Ibid.

90. Numquid satis est? fortassis satis, sed laboranti, non satis amanti. Ibid., Serm. 2.

91. Amantibus anxietas, illum dormire non sinit. Ibid.

92. Occasione accepta, suum nescit amor non exercere negotium. Ibid.

93. Semper amor quem amat, vel præsentem se oblectat, vel absentem desiderat. Ibid.

94. Amor nil magis vult, quam amare. Ibid. Serm. 19.

95. Nihil gratius amore impenditur, nihil dulcius sentitur. Ibid.

GILBERTUS
FORRETAUS.

96. Amor dulciter optat, et dulciter vivit: dulciter delicitur, et dulciter dolet. Ibid.

97. Amor fastidium nescit, fervidus est. Ibid.

98. Nihil amoris tenacius vinculo, nihil trahentius. Ibid. Serm. 29.

99. Falsus amor et simulatorius, absentem obliviscitur, præsentem blanditur. Prosec.

100. Verus autem amor absentem desiderat, præsentem lætatur. Ibid. serm. 40.

GLOSS. INTER.

101. Multi apud se amant, quod in aliis damnant. Sup. Psalm. 65.

GLOSS. ORD.

102. Amor qualiscunque sit, vacare non potest. Sup. Psalm. cxxi.

103. Obligata anima terreno amore, visum habet in pennis, ita ut volare non possit. Ibid.

GLOSS. INTER.

104. Sufficit amanti nuntiare, qui non deserit quem amat. Sup. Joann. cap. 11.

S. GREGOR.
MAGNUS.

105. Quod disponenti breve est, longum est amandi. Lib. 13. Moral. cap. 17.

106. Ibi est grande studium defensionis, ubi et gravior vis amoris. Lib. 3. Moral. cap. 8.

107. Quod valde mens amat, etiam in sermone sæpius replicat. Ibid.

108. Nimis turpe est non imitari quod sumus: nostra sunt, quas (et si imitari non possumus) amantur in nobis. Part. 3. Pastoratus, cap. 1.

109. Dilatus amor ex ipsa sua dilatione proficit, et ardenti desiderio, quasi (quod negatur) crescit. Hom. 19. sup. Ezech.

110. Vis amoris hoc agere solet inanimam, ut quem ipse semper cogitat, nullum alium ignorare credat. Hom. 25. sup. Evang.

111. Signum veri amoris non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. Lib. 2. in I. Regum, cap. 3.

112. Quod amamus, respicimus. L. 2. Moral. c. 6.

113. Quid levius, aut unquam gratius, quam amor fortur? Prosec.

114. Quid præterea grave non leviter tolerat qui amat?

115. Quidquid enim diligitur, cum magna devotione portatur. Lib. 5. in I. Regum, cap. 2.

116. Debet amor læsus irasci. Ep. 1. ad Heliador. s. HIERONYM.

117. Amare, filiorum; timere, servorum est. Ep. 2. ad Nepotian.

118. Ama scientiam Scripturarum, et carnis vitia non amabis. Ep. 4. ad Rustic.

119. Philosophi sæculi solent amorem veterem, amore novo, quasi clavum clavo expellere. Prosec.

120. Illi vitium vitio, peccatumque peccato medicantur; nos autem amore virtutum, vitia superemus. Ibid.

121. Amorem monilium atque gemmarum, sericarumque vestium transfer ad amorem scientiæ Scripturarum. Ep. 10. ad Furiam.

122. Difficile est humanam animam aliquid non amare; et necesse est ut in quoscunque mens trahitur, trahatur affectus. Ep. 22. ad Eustoch.

123. Amor ordinem nescit. Ep. 43. ad Chromatium.

124. Nemo potest duobus amoribus possideri. si carnis amator es, amorem spiritus non capis. Homil. 1. sup. Cant.

125. Hoc habet impatiens amor, ut quæ desiderat, semper invenire se credat. Prosec.

126. Ignorat iudicium, ratione multoties caret, modum nescit, nec aliud cogitare potest, quam quod diligit. Ep. 10. ad Paulam et Eustoch. de Assump. B. M.

127. Amor non accipit de impossibilitate solutionem, neque ex difficultate remedium. Ibid.

128. Amantium cæca sunt iudicia. Lib. 3. sup. Oseam.

129. Reverentia sine amore, magis servilis est; et amor sine reverentia, puerilis est. De Instit. s. VICTORE.

130. Amor acutus est, et transit omnia, et penetrat donec ad amatum, et in ipsum veniat; nec quiescit, donec amatum teneat. Sup. Angeliæ Hierarch. lib. 6, cap. 7.

131. Vita cordis amor est, et ideo omnino impossibile est, ut sine amore sit cor, quod vivere cupit. Ibid.

HUGO
S. VICTORE.

132. Ubi amor, ibi oculus; nec tantum oculi, sed et aures, et lingua, et cor. *Sup. Prop. cap. 17.*
133. Amor amatum possessorem facit amantis. *Sup. Math. cap. 5.*
134. Servi est timere, et ex timore operari: filii autem est amare, et ex amore omnia facere. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 8.*
135. Amor difficultatem non novit, sed impatientis est nisi inveniat quod desiderat: nec aliud cogitat quam quod diligit, nec accipit de dilatione solatium. *De Contempl. amoris divini. c. 1.*
136. Amor ceteros affectus in se ducit et captivat. *Ibid.*
137. Natura amoris est, semper amare, proprium postponere, commune preferre, diversa corda unire, extraneum domesticum facere, corda iracundia ignita extinguere. *Ibid.*
138. Amor contracta solidat, depressa sublevat, nutantem animum constantem reddit. *Ibid.*
139. Amor docet et addiscit, et inimicum nescit. *Ibid.*
140. Amor laudat, amor reprehendit, amor prava suspicione caret. *Ibid.*
141. Ubi amor defuerit, nihil valet quidquid agitur; et contra omnia valent, quae cum amore aguntur. *Ibid.*
142. Amor nunquam est otiosus, sed semper aliquid operatur, semper crescit et augetur. *Ibid.*
143. Amor vita est anima, et qui non amat mortuus est. *Ibid.*
144. Verus amor non requirit premium, etsi mereatur. *Ibid.*
145. Amor facilis res est, omnibus se exhibet, nulli se negat. *Prosec.*
146. Caput cum bonus et malus, juvenis et senex, vir et mulier, sanus et infirmus, dives et pauper, summus et infimus, liber et servus, secularis et Religiosus, debilis et fortis.
147. Nec est, qui se valeat excusare, quin in alios dirigat radios amoris. *Ibid.*
148. Qui amat, non laborat. *Ibid. cap. 22.*
149. Amans cuncta abrupit impedimenta, totusque fit ejus quod amat, et a nullo quod apparet difficile remorari se patitur, sed omnia praerit, nec subsistit priusquam re desiderata potiat. *Hom. 31. sup. Genes.*
150. Amare probatur, qui quod odit exercet; et odisse vicissim qui quod se amare mentitur, hoc facit. *Serm. de Moyse.*
151. Corpora absque dolore amari non possunt, animae autem pura sinceraque voluptate amantur. *Hom. 35. sup. Math.*
152. Ex magno amore nascitur zelus: et saepe quod non est, illud suspicatur. *Hom. Oper. 1. imperf. sup. Math.*

153. Haec est pugna periculosa, et haec est gloriosa victoria: qui poterit odisse, quod amat; et amare, quod odit. *Ibid. Hom. 35.*
154. Vere non habet super terram quod amet, qui bonum caeleste in veritate gustaverit. *Ibid. Hom. 36.*
155. Amor animae non sentitur in corde, sed intelligitur: quia amor animae, indicium ejus est. *Ibid. Hom. 42.*
156. Amare nescire, turpe est. *Ibid. Hom. 33.*
157. Fera sit quis licet immamior, simul ac amare coepit, ovis mansuetior evadit. *Ibid.*
158. Amoris remedium est gehennae memoria, Dei timor, regni colorum desiderium. *Hom. 7. sup. Epist. II. ad Cor.*
159. Nihil inutilius viro, qui amore caret. *Ibid. Hom. 27. in Morali.*
160. Amor non est necessitas; nemo ex necessitate, sed ex libero voluntatis proposito, suaque sponte amat. *Serm. 2. sup. Ep. ad Ephes.*
161. Amantes etiam quae tuta sunt, suspecta habent, ex multo dilectionis fervore. *Hom. 4. sup. Epist. I. ad Thessal.*
162. Non fieri potest, ut qui amare nescit, quidquam illustre concipiat animo, virilique mente sit praeditus. *Homil. 7. sup. Epist. II. ad Tim. in Morali.*
163. Amantis maxime est, nunquam ab his (quae amato complacent) absistere. *Hom. 1. ad Popul. Antiochen.*
164. Vis amari? ama. *Ibid. Hom. 43.*
165. Nihil est quod non superet amor cum desiderio. *Ibid. Hom. 64.*
166. Amantium mos est, ut amorem suum silentio tegere nequeant; sed necessariis suis et charis produnt, et efferunt. *Lib. 4. de compunct. cordis.*
167. Vis amoris hoc solet in animo agere, ut quem semper ille cogitat, nullum alium ignorare credat. *Part. 1. de Ligno vitae, tract. 4. de Charit. cap. 11.*
168. Nil durum, nil amarum, nil grave, nil lethale computat amor verus. *Prosec.*
169. Quod ferrum, quae vulnera, quae poena, quae mors amorem praevalent separare perfectum?
170. Amor impenetrabilis est lorica, respuit jacula, gladios excutit, periculis insultat, mortem ridet: si amor est, vincit omnia. *Serm. 40.*
171. Quis est, qui timeat volens? quis est, qui amet nolens? *Ibid. Serm. 135.*
172. Quanto sincerus amor prolixior, tanto suavior esse solet. *Lib. 6. epist. 87. ad Philipp. Priorem.*
173. Sapientis est, non id amare quod decipit. *Sentent. 130.*

S. LAURENTIUS JUSTINUS.

S. PETRUS CHRYSOSTOMUS.

PETRUS MAURITIUS CLINUS.

S. PROSPERUS.

174. Est amor, quo amatur quod amandum non est; et istum amorem odit in se, qui illum amorem diligit, qui amat quod amandum est. *Ibid.*
175. Castus profecto columbinusque oculus amor est, qui in rebus humano usui concessis, nulla libidine figular, sed in transitoriiis contemplatur aeternum. *Part. 1. de Gradibus charit. cap. 3.*
176. Omnia amamus, omnia colimus; sed nobis in comparatione omnium Deus vilis est. *Lib. 6. de Gubernat. Dei.*
177. Semper in amore cautela est; nemo enim melius diligit, quam qui maxime veretur offendere. *Ibid. Epist. 4.*
178. Magna res est amor, leve facit omne onerosum; nam onus sine onere portat; et omne amorem, dulce ac sapidum efficit. *Ibid. lib. 3. cap. 5. sect. 3.*
179. Quos amor ligavit in culpa, ultrix flamma rotabit in poena. *In Soliloq. cap. 2.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
180. Omnia amamus, sed praemia magis. *7. Polit.*
181. Amari jucundum est; si curetur ne quid insit amari. *Lib. 4. de arte Rhetor., ad Herennium.*
182. Perditissima ratio est, amorem petere, pudorem fugere, diligere formam, negligere famam. *Ibid.*
183. Totus iste, qui vulgo appellatur amor, tantae levitatis est, ut nihil videam quod putem conferendum. *Lib. 4. Tusc. quast.*
184. Maximum hoc est, quod verus amor, neque injuriam inferat ipse, neque ab alio patiat: neque Deo, neque a Deo; neque homini, neque ab homine. *Prosec.*
185. Neque vi aliquid patitur, si quid patitur (violentia enim amorem minime tangit) neque quod facit, vi facit, sed in singulis rebus volens obtemperat. *Syzygia 5. de Convivio.*
186. Potes odio fortasse esse nonnullis, etiamsi ipse non oderis; amari autem, nisi ipse ames, non potes. *Panegyrr. pro Trajano Augusto.*
187. Jucundissimum est in rebus humanis amari, sed non minus amare. *Ibid.*
188. Dabo tibi poculum amatorum sine herbis, atque veneficiis; si vis amari, ama. *Ep. 9.*
189. Nihil facilius, quam amor recrudescit. *Epist. 69.*
190. Equae facilitas amoris, quam difficultas nocet: facilitate capimur, cum difficultate certamus. *Ep. 16.*
191. Amare sic incipe, tanquam non liceat desinere. *De Moribus.*
192. Qui amat quod non expedit, nec amabit quod expedit. *Sent. 133.*
- AMOR CARNALIS.
- Descriptio.* Amor carnalis, est laqueus animae, Discrimen vitae, mors suavis, blanda percussio, interfectio leniens, mel fellium, perniciosus delicata, dulce venenum, malum spontaneum, sapida jugulatio, omnium rerum calamitas. *De contemplatione amor. divini, esp. 34.*
- Amor carnalis est verae amicitiae inimicus, inefugabilis poena, noxium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, mali natura, boni colore depicta, continua sollicitudo, indeficiens pugna, quotidianum dampnum, domus tempestatis, solitudinis et orationis impedimentum, continentis viri naufragium, adulteri vas, perniciosum praedium, pondus gravissimum. *Ibid.*
- Amor carnalis nihil est aliud, quam viscum quoddam tenacissimum. *Conc. 32. Dom. 4. post Pasch.*
- Productio.* Ex amore rerum vanarum atque noxiarum oriuntur mordaces cura, perturbationes, morores, formidines, insana gaudia, discordiae, lites, bella, insidiae, iracundiae, inimitiae, fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, superbia, ambitio, invidia, homicidia, parricidia, crudelitas, sevitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, fornicationes, adulteria, incesta, stupra, immunditiae, sacrilegia, haereses, blasphemiae, perjuria, oppressiones innocentium, calumniae, circumventiones, praevocationes, falsa testimonia, iniqua judicia, violenta latrocinia. *Lib. 22. de Civit. Dei, cap. 22.*
- SENTENTIA PATRUM.
1. Banditiae lascivientium amari volunt. *Lib. 2. Confess., cap. 6.*
2. Amor mundi, amor saeculi, cupiditas dicitur. *In Prefat. Psalm. xxxii.*
3. Amor mundi allicit, et decipit, et ad mortem conducit. *In Manuali, cap. 27.*
4. Amor rerum terrenarum viscus est spirituum penarum. *Serm. 33 de Verbo Dom., sup. illud I. Joan. 2. Nolite diligere mundum.*
5. Quae vides, bona putas: falleris, sanus non es, nimia febre phreneticus factus es. Verum non est, quod amas, vanitas est, insaniam mendax est. *Sup. psalm. xxxix, vers. 6.*
6. Amas seculum, absorbebit te; amatores enim suos vorare novit, non portare. *Serm. 13, de Verb. Dom.*
7. Amor saeculi contemptus est Dei. *In Proverb. suis, verbo amor.*

STATIUS PHILOSOPHUS.

IDIOTA.

ROBERTATUS BELLARMUS.

S. AUGUSTINUS.

V. BEDA.

8. Amor seculi thesaurizat morti. *Ibid.*
 9. Per oculos intrat in mentem, impuri sagitta amoris. *Serm.* 23, *ad Soror.*
 10. Carnalis amor blanditur, sed sub lingua ejus labor et dolor: lacrymatur, sed insidiatur. *Ep.* 2, *ad Fulconem.*
 11. Fervet in corde tuo amor terrenorum, et moritur in te amor aeternorum: mundum diligis, et Deum relinquis. In *serm. de Misericordia humana.*
 12. Samson fortissimus, qui multas saepe hostium acies traverat, et aliquoties de vinculis eruperat, confidens de viribus suis liquefactus est amore Dalila. *Lib.* 4, *de Profect. Religion.*, cap. xxxix.
 13. Mundi amor et Dei pariter in uno corde cohabitare non possunt. *De duodecim Abus.*, cap. vii.
 14. Non est mundus amandus, quia latet haemus in esca illius amoris. *Pros.*
 15. Amor enim mundanorum semper producit multos fructus dolorum; et tanto majores dolores tibi inferunt, quanto majorem amorem habes. *Opusc.*, Oraculo 30.
 16. Obligata anima terreno amore, viscum habet in pennis, ita ut volare non possit. *Sup.* *psalm.* cxxi.
 17. Exemplo Judae filium hominis vendit, qui ejus timore et amore neglecto, caduca amare convincitur et criminosa. *Sup.* *Luc.*, cap. xxii.
 18. Sicut per odium proximi, ita per amorem mundi extinguitur amor Dei. *Sup.* 1, *Joan.*, cap. ii.
 19. Qui praeter amore presentis seculi, a sensu rationis alienus est, dum quidquid pro mundo sustinet, leve deputat; laboris amaritudinem quam tolerat, ignorat. *Lib.* 7, *Moral.*, cap. viii.
 20. Qui terrenorum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. *Ibid.*, lib. 18, cap. 8.
 21. Obscenus amor non est amor, sed morbus; qui procreatur ex ardenti cujusdam dipsadis morsu juvenutis. *Hom.* 8, *sup.* *Ecclesiasten.*
 22. Ama scientiam Scripturarum, et carnis vitia non amabis. *1. Epist.* 4, *ad Rustic.*
 23. Carnis amor spiritus amore superatur. *Ibid.*, *Ep.* 22, *ad Eustoch.*
 24. Impudens amor loquitur nitibus, et quidquid metuit dicere, significabit affectibus. *Ibid.*, *Ep.* 47, *de Vitando suspecto contubern.*
 25. Amor carnalis non iudicio, sed furore ducitur. *Lib.* 1, *adversus Jovinian.*
 26. Nemo potest duobus amoribus possideri; si carnis amator es, amorem spiritus non capis. *Hom.* 4, *sup.* *Cant.*
 27. Amor mulieris est quasi quaedam vorago

mortis, velut unda submergens. *Lib.* 4, *de Nuptiis carnalibus vitand.*

28. Amatur in muliere forma, non anima, cum amor formae viriles enervet animos. *Pros.*

29. Amor (inquit Aristoteles et Seneca) formae, rationis oblivio est, et insanie proximus, philtum fœdum, minimeque conveniens animo sapientium.

30. Turbat consilia, altos et generosos spiritus fragit, a magnis cogitationibus, ad humillimas detrahit.

31. Querculos, iracundos, temerarios, dure imperiosos, serviliter blandos, omnibus inutiles, etiam ipsi novissime amori facit. *Ibid.*, l. 1, c. 1.

32. Quidquid in mundo amatur, carcer animae est; ubi anima misera amatoris, vinculo amoris reclusa tenetur atque ligata. *Sup.* *Ecclesiast.*, cap. 2.

33. Amor carnalis insatiabilis est, quia extinctus reaccenditur; et post copiam rursus inops fit, animumque virilem effœminat. *De Contemplat. amor. div.*, cap. 34.

34. Amor carnalis insanie est proximus; quia praeter passionem, quam sustinet, nihil aliud cogitare. *Ibid.*

35. Amor carnalis fœdat pueritiam, perdit juventutem, et incitat ac inquietat emortuum carmen et senectutem. *Ibid.*

36. Humanus amor zelo et invidia plenus est. *Ser.* 23, *sup.* *Ep.* *ad Rom.* in *Moral.*

37. Amat quispiam mulierem pulchram atque speciosam, hic quousque amore suo non potitur, furentibus et insanientibus similis est; cum potitus est, amor ille extinguitur. *Hom.* 22, *sup.* *Epist.* 1 *ad Cor.*

38. Insane amantes vehementer sunt zelotypi; et malunt animam effundere, quam ab ullo rivalium amore superari. *Hom.* 6, *sup.* *Epist.* 1 *ad Thess.*

39. Qui amore terrenorum obstringitur, non possidet, sed possidetur. *Sent.* 197.

40. Amor terrenorum ambit infima, et animum quem inflammat, nunquam quiescere sinit. *Part.* 4, *de Different. sacrificii Abraham et Mariae.*

41. Nihil est quod ita Spiritus sancti adventum ac presentiam impediatur, ut amor rerum terrenarum. *Conc.* 32, *Dom.* 4, *post Pascha.*

42. Nihil sic maculat et implicat cor hominis, sicut impurus amor in creaturis. *Lib.* 2, *de Imi. Chr.* cap. 1.

SENTENTIA PAGANORUM.

43. Nemo amore capitur, qui non fuerit ante forma speciei delectatus. *Lib.* 9, *de Moribus*, cap. 5.

- CICERO. 44. Perditissima ratio est, amorem petere, pudorem fugere, diligere formam, negligere famam. *Lib.* 4, *de arte Rhet. ad Herenn.*
 45. Totus iste, qui vulgo appellatur amor, tantae levitatis est, ut nihil videam quod putem conferendum. *Lib.* 4, *Tusc. quest.*
 46. Conciliari, nisi cum turpi ratione, amor turpium non potest. *Ep.* 29.

AMOR DEI.

Definitio. Amor Dei est pura et spiritualis dilectio, qua super omnia diligimus Deum, et nos ipsos in Deo. *De fructuosa temporis deductione*, art. 2.

Amor Dei est virtutum regina. *De Perfect. charit.*, art. 25.

Differentia. Amor privatus et divinus differunt: amor privatus est omnium vitiorum origo; amor autem divinus omnium honorum est radix. *Pros.*

Minoratio privati amoris est augmentatio, seu profectus amoris divini.

Plena autem privati amoris evulsio, est perfecta divini amoris adeptio. *De fructuosa temporis deductione*, art. 11.

Amare se in se, seu amor privatus; et amare se in Deo, seu amor divinus, penitus contrariantur, et se mutuo expellunt ac destruunt. *De mortificatione virtutis*, art. 3.

Productio. O felix amor! ex quo oritur strenuitas morum, puritas affectionum, subtilitas intellectuum, sanctitas desideriorum, claritas operum, fecunditas virtutum, dignitas meritorum, sublimitas premiorum et honorum. In *Soliloq.* cap. 1.

Ex Dei amore, procedit castitas, castigatio corporis, refrenatio desideriorum carnalium, patientia in adversis, amor injuriarum, increpationum et correctionum. *Prosec.*

Ex Dei amore oritur obedire in omnibus, velle subesse, nolle preesse, seipsum despiciere, ab aliis despici velle.

Ex amore Dei nascitur operibus penitentiae insudare, omne tempus fructuose deducere, bona pro malis redere, in divinis alacriter laborare.

Ex amore Dei procedit sibiipsi non parcere, nec blandiri, injuriarum, increpationibus, accusantibus, detraherentibus nunquam irasci, contumari, nec se vindicare.

Ex amore Dei producitur, paupertate, inopia, dejectione gaudere, in Dei laudibus, orationibus, meditationibus delectari, ac immerari. *De fructuosa temporis deductione*, art. 11.

Comparatio. Sicut amor immundus inflammat

animam, et ad terrena concupiscenda, et peritura sectanda vocat peritura, et in ima precipitat, atque in profunda demergit: sic amor sanctus ad superna elevat, et ad aeterna inflammat, et ad ea quae non transeunt, neque moriuntur, excitat animam, et de profundo inferni levat ad caelum. *Sup.* *Psalm.* cxxi.

Sicut Deus est in universis ac singulis in infinitum melior, pulchrior, dulcior, sapientior atque perfectior: sic ipse in omnibus infinite, ac prosus incomparabiliter amabilior est. *De fructuosa temporis deductione*, art. 13.

Quemadmodum ignis sursum movetur, et calor solis vapores trahit in altum: sic fervidus amor Dei mentem amantis excitat, movet et erigit sursum ad Deum. *De profectu spirituali*, art. 6.

SENTENTIA PATRUM.

1. Per timorem venit ad amorem; timendum est Deus, ut Dominus; amandus ut Pater. In *Meditat.*, cap. 5.

2. Fac precor me Domine gustare per amorem, quod gusto per cognitionem. In *Medit. redemp. hum.*, cap. 7.

3. Divinus amor extasim facit. *Part.* 3, tit. 31, cap. 3.

4. Amor Dei omnem amaritudinem verit in dulcedinem. *Serm. Dom.* 5, *post Pascha.*

5. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. *Lib.* 10, *Conf.* cap. 29.

6. O amor, qui semper ardes, et nunquam extingueris, accende me. *Ibid.*

7. Deus amore petitur, amore quaeritur, amore pulsatur, amore revelatur, amore denique in eo permanetur. *De moribus Eccles.* cap. 17.

8. Quid mirum, si omnibus medullis conceptus Dei amor, et tyranno, et carnifici, et dolori, et corpori, et sextui, et affectui resistat? *Ibid.* cap. 23.

9. Haec est requies cordis nostri, cum in Dei amore per desiderium figuratur. *De spiritu et Anima*, cap. 4.

10. Suge, suge, et bibe dulcoris inenarrabilis suavitatem; immergere, et replere, quia amor Dei defecere nescit, si tu non incipias fastidire. *De substantia dilectionis* cap. 3.

11. Ille feliciter amat, qui Deum amat: et tanto feliciter, quanto amplius, quia summum et unum bonum solus est Deus. *Ibid.* cap. 6.

12. Si amator Dei esse vis, sinceris medullis, castisque suspiciis ipsum diligere, ipsum ama, illi flagra, illi inhaere, quod jucundius nihil invenies, quo melius, quo laetius, quo diuturnius. *Sup.* *Psalm.* lxxxv. vers. 4.

DIONYSIUS
CARTHUS.

S. ANSELM.

S. ANTONIN.
DE PADUA.

S. AUGUST.

HUGO CARD.

IDIOTA.

S. JOANNES
CHRYSOST.

S. BONAVEN.

DIONYSIUS
CARTHUS.

S. PROSPER.

RICHARD
A S. VICTORE.

ROBERT. BEL.

THOMAS A
KEMPIS.

ARISTOTELES

HUGO A S. VIC-
VORE.

43. Amat semper Deus, sive blandiatur, sive minetur. Sup. *Psalm.* xci.

44. Quantum in te crescit amor Dei, tantum crescit pulchritudo, quia ipsa charitas est animæ pulchritudo. Tract. 9. in *Ep. Joan.* de cap. 4.

45. Sero te amavi pulchritudo tam antiqua, et tam nova: sero te amavi; et tu intus eras, et ego foris: et ibi te quærebam, et in ista formosa, quæ fecisti, deformis irrebam; mecum eras, et ego tecum non eram. Lib. *Soliloq. animæ*, cap. 31.

46. Amandus solus Deus est, omnis vero iste mundus, id est, omnia sensibilia contemnenda. *De Moribus Eccles.* cap. 20. 1.

47. Quis cunctari potest, quin sese amet, qui amator est Dei? *Ibid.* cap. 26. 1.

48. Nullus certior gradus ad amorem Dei fieri potest, quam hominis erga hominem charitas. *Ibid.*

49. Amat Deus, ut ametur; et, cum amat, nihil aliud vult, quam amari; sciens ipsos amore beatos, qui se amaverint. *De spiritu et anima*, cap. 36.

20. Summum amare bonum, summa est beatitudo: qui enim Deum amat, bonus est: si bonus, ergo beatus. *De salutarib. documentis*, c. 1.

21. Anima quæ amat Deum, nil aliud potest cogitare, nil loqui; cætera contemnit, omnia fastidit. *Prosec.*

22. Quidquid meditatur, quidquid loquitur, amor sit, amorem redolet, ita amor Dei eam sibi vendicavit. In *Manuali*, cap. 20.

23. Qui vult habere notitiam Dei, amet. *Ibid.*

24. Frustra accedit ad legendum, ad meditando, ad prædicandum, ad orandum, qui Deum non amat. *Ibid.*

25. Amor Dei amorem animæ parit, et eam intendere sibi facit. *Ibid.*

26. Anima Deum amans, cunctis suis renuntiat affectionibus, et tota soli incumbit amori, ut possit respondere amori, in reddendo amore. *Ibid.*

27. Quantum est ad illud fontis perenne profuvium, non pari libertate concurrunt amor et amans, anima et Deus, Creator et creatura; tamen si ex toto se amat, nihil doest ubi totum est. *Ibid.*

28. Non timeat anima, quæ Deum amat: paveat quæ non amat. *Ibid.*

29. Anima Deum amans fertur votis, trahitur desideris, dissimulat merita, majestati oculos claudit, aperit voluptati. *Ibid.*

30. Amore Dei anima secedit et excedit a corpore sensibus, ut sese non sentiat, quæ Deum sentit. *Ibid.*

31. Amor dat familiaritatem Dei, familiaritas ausum, ausus gustus famem. *Ibid.*

32. Anima quæ Deum amat, accendit semper. *Ibid.* cap. 24.

33. Amor Dei mentem illuminat, conscientiam mundat, animam iustificat, Deum demonstrat.

34. Deus odit, et amat: odit tua, amat te; odit quod fecisti, amat quod ipse fecit. *Prosec.*

35. Quæ sunt tua, nisi peccata? et quis es tu, nisi quod fecit Deus?

36. Negligis quod factus es, amas quod fecisti: amas extra te opera tua, negligis in te opus Dei. *Serm. 54. de Verb. Dom.*

37. Amando Deum homines efficiuntur Dei: amando mundum, mundum dicuntur. *Serm. 24. de Nativ. Dom.*

38. In perenni gaudio nihil gratius, nihil dulcius habent Sancti, perfecto amore Dei. *Serm. 1. Quinquag.*

39. Potest aliquis mihi dicere: Non possum jejunare; nunquid potest dicere: Non possum amare? *Serm. 1. fer. 6. post Dom. Quinquag.*

40. Nulla est plaga, quæ debeat ab amore Christi Christianum separare. *Serm. 60. ad Fratr. in eremo.*

41. Quanto solertius quisquam divinis obtemperat jussis, tanto dulcius Dei amorem concipit. *Lib. 1, sup. Prov. cap. 3.*

42. Amor divinus, cum mentem occupaverit, totam igne suavissimæ dilectionis accendit. In *sententiis*, cap. *Sunt.*

43. Cor repletum amore Christi, facile ad omnem de eo sermonem compungitur. *Prosec.*

44. Nihil audit libentius, nihil legit studiosius, nihil frequentius recollit, nihil suavius meditatur. *Serm. 20, sup. Cant.*

45. Non potest capere ignitum eloquium, frigidum pectus: quomodo ergo Græce loquentem intelligit, qui Græcum non novit? vel Latine loquentem, qui Latinus non est? sic lingua divini amoris, ei qui non amat, barbaræ est. *Ibid.* serm. 79.

46. Non sine premio diligitur Deus, etsi absque premii intuitu diligendus sit: vacua namque vera charitas esse non potest, nec tamen mercenaria est. *Prosec.*

47. Verus amor seipso contentus est: habet præmium, sed id quod amat, non requirit præmium, sed meretur.

48. Præmium amanti non proponitur, amanti debetur, perseveranti redditur.

49. Deum amans anima, aliud præter Deum sui amoris præmium non requirit: aut si aliud requirit, illa pro certo Deum non diligit. In tract. *de Diligendo Deo*, cap. *Dielo.*

50. Ratio docet amorem, et amor illuminat

rationem, et ratio codit in affectum amoris et amor acquiescit cohiberi terminis rationis. *De Natura divini amoris*, cap. 8.

51. Amat Deus, nec aliunde hoc habet, sed ipse est unde amat: et ideo vehementius, quia non amorem tam habet, quam hoc est ipse. *Serm. 59, sup. Cantica.*

52. Amor Dei dignitatis est nescius, dignatione dives, affectu potens, suavis efficac. *Prosec.*

53. Quid violentis triumphat de Deo? Amor.

54. Quid tamen tam non violentum? Amor est: quæ est ista vis, quæso, tam violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam? *Serm. 64, sup. Cant.*

55. Flagrans ac vehemens amor, præsertim divinus, cum se intra se cohibere non valet, non attendit quo ordine, qua lege, quæve serie, seu paucitate verborum ebulliat, dummodo ex hoc occultum sui sentiat detrimentum. *Prosec.*

56. Interdum nec verba requirit, interdum nec voces omnino ulla, solis ad hoc contentus suspiriis. *Ibid.* serm. 67.

57. Revera quis fidus verusve animæ amor, nisi is quæ veritas adamatur? *Prosec.*

58. Rationis sum compos, veritatis sum capax: sed utinam non forem, si amor veri defuerit. *Ibid.* *Serm. 77.*

59. O amor præceptor, vehemens, flagrans, impetuose! qui præter te aliud cogitare non sinis, fastidis cætera, contemnis omnia præter te, te contentus. *Prosc.*

60. Confundis ordines, dissimulas usum, modum ignoras; totum quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod consilii, judicivo videtur, triumphas in temetipso, et redigis in captivitatem. *Ibid.*

61. Amor sanctus non est verbo æstimandus, aut lingua, sed opere et veritate. *Prosec.*

62. Amor iste ubique loquitur, etsi quis horum quæ leguntur, cupit adipisci notitiam, amet.

63. Alioquin frustra ad audiendum legendumve amoris carmen, qui non amat, accedit. *Ibid.*

64. Amor Dei suo defectu plus proficit, sua ignorantia plus apprehendit. *De natura divini amoris*, cap. 8.

65. Deus non modo amans, sed etiam amor est, et solam amoris vicem requirit, et fidem, quidni ametur amor? *Lib. 5. in Floribus*, cap. 27.

66. Non sum securus a securi, si absque amore Dei inveniar. *Ibid.*

67. Sapientia est Deus, et vult se amari, non solum dulciter, sed et sapienter. *Serm. 49, sup. Cant.*

68. Valde omnino mihi amandus est Dominus Jesus, per quem sum, vivo et sapio. *Ibid.* serm. 20.

69. Justus quis est, nisi qui amanti se Deo

vicem rependit amoris? *Ep. 107. ad Thomam præpositum.*

70. Quid tam amabile, quam amor ipse, quo amas, et quo amaris? *Lib. 5. de Consid.*

71. Præsens Deo est, qui Deum amat, in quantum amat; in quo enim minus amat, absens profecto est. *Prosec.*

72. In eo minus Deum amare conveitur, qui carnis adhuc necessitatibus occupatur. *De Præcepto et dispens.*

73. Amat veraciter Deum, ac per hoc quæ Dei sunt, qui amat caste, et casto non gravatur obedire mandato. In tract. *de diligendo Deo*, verbo *Occasione.*

74. Amat juste, qui mandatum justum libenter amplectitur: et amor iste merito gratus est Deo, quia gratus est. *Ibid.*

75. Vita vera hominis, amor Dei est. *De vita solitaria ad Fratr.*

76. Amorem Dei fides concipit, spes parturit, charitas format, et vivificat. *Ibid.*

77. Amor Dei, vel amor Deus, Spiritus sanctus est amori hominis se infundens, afficit eum sibi. *Ibid.*

78. Amorem Dei in homine, ex gratia genitum, lactat lectio, meditatio pascit, oratio confortat et illuminat. *Ibid.*

79. Verus amor ad te solum est, Domine, in quo solo est quidquid vere est, ubi quæta et securatio. *De Amore Dei*, verbo *O amor.*

80. Recedat omnis zelotypia, ne tecum aliquid amem, quod propter te non amem; cum vero propter te aliquid amo, non illud amo, sed te: propter quem amo quod amo. *Ibid.* verbo *Recedat.*

81. Beati vere, et unice, et singulariter et perfecte beati, qui vere et perfecte amant Deum. *Ibid.* verbo *Habet.*

82. Amor Dei, nunquam est otiosus; si vere est amor, magna operatur; si vero non operatur, non est amor. *Serm. 51. ad Sororem.*

83. O felix amor, beate amor! qui te habent, beati sunt; qui te habent, felices sunt. *Prosec.*

84. Nimis est felix, nimis est beatus, ejus tanquam est dilectio Christus. *Serm. 9. in Cena Dom.*

85. Certe nimis est avarus, cui non sufficit Christus. *Ibid.* *Serm. 7.*

86. Perfecte vult amari, qui solus vult diligi: non vult consortem habere in amore, qui parem non habet in dilectionis retributione. *Ibid.* serm. 8.

87. Amor Dei totus dulcis, totus delectabilis; sum possessorem non cruciat, sed delectat, non enervat, sed reborat; cuncta terrena sub-

V. BEDA.

S. BERNARD.

- sannat, sola celestia captat. *Ibid.* serm. 43.
88. Nullus ibi apparet labor, ubi verus est amor. *Ibid.* serm. 44.
89. Omnia prætereunt, præter amare Deum. Sup. *Psalm.* cxiv. 1.
90. Potest homo dicere; Non possum jejunare, non possum ad sanctum Jacobum ire, non possum res meas pauperibus dare, et in Monasterio Deo servire; sed nunquam potest dicere; Non possum amare. Serm. 1. *de Evangelistis.*
91. Cor amantis, caninus est Dei inflammantis. Serm. 2. *fer. 2. post Pascha* sup. illud *Luc.* 24. *Nonne cor nostrum ardens erat, etc.*
92. Amore Dei nihil suavius, nihil dulcius, nihil dignius. Serm. 2. *Dom. 2. post Pascha.*
93. Nihil ad partum boni operis sic hominem urget, sicut amor Dei in cordis utero conceptus. Serm. 3. *in die Pentec.*
94. Tres spirituales sagittas mittere solet Christus, videlicet timoris, doloris, amoris. *Prosec.*
95. Timor peccati, dolor culpam, amor gloriam respicit. *Ibid.* serm. 7.
96. Amor Dei his quatuor nutritur in homine, scilicet puris meditationibus, castis sermonibus, sanctis operibus, et veris mentis humilitationibus. Serm. 2. *de S. Laurentio.*
97. Si vere Deum amas, est inquirendum a corde, a lingua, ab opere. *Prosec.*
98. A corde, quia quod cor amat, saepe de eo cogitat, si enim saepe de Deo non cogitas, Deum te vere amare non credas.
99. Si de mundo magis, quam de Deo cogitas; mundum magis, quam Deum amas.
100. 2. Si Deum amas, a lingua requiras; lingua enim libenter nominat id quod cor amat; ergo qui plus de mundo fatur, quam Deum amare comprobatur.
101. 3. Si Deum amas, ab opere tuo requiras; non enim potest ignis esse in paleis, et non ardere; ergo nec ignis divini amoris in corde et opere potest vacare.
102. Impossibile est, ut operari renuat, et magna non agat, qui plenis affectibus Deum amat. Serm. 8. *de SS. Apost.* sup. illud *Joan.* 14. *Si quis diligit me.*
103. Deus tanto minus amatur, quanto plus extranei amoris ei aliquid admiscetur. *Ibid.*
104. Non potest Deus perfecte amari, nisi solus nec aliquid cum eo extraneum diligatur, quod non propter ipsum ametur. *Ibid.*
105. Non aliud a nobis Deus requirit, quam amorem: ergo si jejunare non potes, amas Deum ex toto corde, et accipe summum regnum. *Pros.*
106. Numquid amare non potes? quomodo di-

- ligis aurum, et non potes diligere summum bonum? *Ibid.*
107. Ad Deum amandum inducit natura, mandat Scriptura, impellit gratia, et allicit gloria. *Ibid.*
108. Quid amore Dei nobilium? quid melius? quid fructuosius? Serm. 9
109. Vitam nihil ita facit claram, ut Dei amor. Lib. 2. *Pharetra*, cap. 25.
110. Quos amor veritatis afficit, refectio consolationis pascit. In *Soliloq.* cap. 2.
111. Verus amor nullum patitur medium inter se et objectum, quod est Deus. *De septem itineribus*, Itin. 4.
112. Quanto aeterna magis amantur, tanto perfectius cognoscuntur. *Ibid.* Itin. 5.
113. Amor divinus omne velum removet, et omnem veritatem docet. *Ibid.* Itin. 5.
114. Quid amore Dei melius? quid nobilium? quid utilius? quid suavius? *De stimulo amoris*, part. 2. cap. 12.
115. Amore Dei nihil utilius homini, nihil delectabilius, nihil nobilium. *Ibid.* part. 3.
116. Quanto perfectius Deus cognoscitur, tanto ardentius amatur. Lib. 2. *de profectu religio.* cap. 64.
117. Amor Dei, cum pura intelligentia conditus, inebriat mentem. *Ibid.* cap. 72.
118. Quanto amor Dei vehementior, et intelligentior, et lucidior, tanto validius mentem in se rapit. *Ibid.*
119. Amore Dei nihil potest esse delectabilius, nihil honorabilius, nihil utilius. *Ibid.* cap. 73.
120. Amor Dei est omnium affectionum honorum condimentum; et tanto plus sapiunt Deo cætera virtutum affectiones, quanto plus de hoc habuerint condimento. *Ibid.*
121. Non potest esse virtus, vel devotio, quæ ex amoris Dei radice non pullulat. *Ibid.*
122. Ama unum bonum, in quo sunt omnia, et sufficit: ibi est quod amas, ibi est quod desideras; ibi est quidquid amas, ibi quidquid desideras. *De Perfect. vita*, ad *Sorores*, cap. 8.
123. Quantum quisque hic Deum amat, tantum ibi de Deo gaudebit: ergo multum gaudeas; multum ama ut crescat in te amor Dei, ut ibi plene possideas gaudium Dei. *Ibid.*
124. Amor Dei est dulcedo saporis intimi: et quanto ardentius amat, tanto suavius gustat. *De septem. itin.* Itin. 4.
125. Amor Dei est gaudium spei: quia ubi amor, ibi spes; et ubi est spiritualis amor, ibi est spirituale gaudium. *Ibid.*
126. Amoris est Dei vulnerare, quia intima cordis penetrat. Lib. 5. in *Compend. Theol. veritatis*, cap. 25.

127. Vere stultum est aliquid plus plus amare, quam Deum: sive parentes sint, moriuntur; sive propinqui, non permanent: sive amici, mutantur; solus est autem Deus æternus, et immutabilis parens. Lib. 3. *Recognition.*
128. Non potest anima, quæ Dei amore repleta est, aliud aliquid intueri, nisi quod ad Deum pertinet; nec satiari potest præ amore ejus, ea quæ ipsi scit esse placita meditando. *Ibid.*
129. Sicut qui patrem honorat, amat patrem; ita qui Deum honorat, Deum amat. Lib. 7. *Stromat.*
130. Mundi amor et Dei, pariter in uno corde cohabitare non possunt. *De duodecim Abuston.* cap. 7.
131. Est anime Deum amantis proprium, gloriam Dei semper in omnibus querere. *De Perfect. spirituali*, cap. 12.
132. Qui in sensu cordis Deum amat, hic est ab eo cognitus. *Prosec.*
133. Quantum quis Dei charitatem in sensu anime capit, tantum eum Deus amat. *Ibid.* c. 14.
134. Dimovet etiam de statu divinus amor, nec suos esse amantes patitur; sed eorum etiam, quæ amantur. *De divin. Nomin.* cap. 4. part. 1.
135. Absolute loquendo, et cæteris paribus, innocens plus tenetur Deum amare, plusque amatur a Deo, quam peccator conversus. Sup. *Ep. ad Rom.* cap. 5.
136. Dum homo in Christi amore succenditur, crescit et perficitur, moriturque in semetipso; quia non agit secundum privatum amorem, sed secundum divinæ charitatis instinctum, et Christi jussionem. Sup. *Ep. ad Galatas*, cap. 2.
137. Anima divino vulnerata amore languet, id est, grandi dolore affligitur præ nimio desiderio claræ visionis, et suæ expectationis dilatione torquetur. *De profectu spirit.*
138. Quanto plus Deum amas, tanto plenus ipsum habes; et quanto plus eum habes, tanto felicius es. *De perfect. charit.*
139. Amor Dei modum nescit, cuncta transcendit, nullamque comparisonem admittit. *Ibid.*
140. O amor vulnerans, o amor ligans, o amor languorem inducens, o amor defectum faciens! quando venies ad me, ut secundum te amem Dominum Deum meum? *Ibid.*
141. Verus Dei amor est tale quid, quod nemo novit, nisi qui accipit: quod nemo accipit, nisi qui sollicite quærit, nisi qui prius aliquid inde gustavit. *Prosec.*
142. Hoc ipsum amanda quæritur, amando invenitur, et non nisi amando possidetur. *Ibid.*
143. Delicatus est Dei amor, socium non patitur, solus cum solo esse vult. *Ibid.*
144. Amorem Dei pro elemosynis offerre, non s. FRANCISCUS bilis est prodigalitas; et qui minus ipsum, quam denarios reputant, judicarem ego esse stultissimos. *Prosec.*
145. Nam solius divini amoris impretable pretium ad regnum comparandum sufficit; et ejus, qui nos multum amavit, amor est multum amandus. *Opusc.* oraculo 2.
146. Novit anima, quæ fidelis est Dei amatrix, s. FRANCISCUS etiam in sola Dei memoria semetipsam oblectare. *TITELM.* Sup. *Psalm.* xli. vers. 3.
147. Mentitur se amare Christum, qui cum in s. GAUDENT. egeno non diligit. *Tract.* 13.
148. Quam durum est amanti, animam dimidiare cum Christo! Serm. 11. sup. *Cont.* GILBERTUS FORBRET.
149. Vere dulcis amor, et solus dulcis amor, et omnis dulcis amor, sed non est amor ad amorem Christi. *Ibid.* serm. 19.
150. Otiosus debet esse timor, ubi tot insignia Christi relucent amoris. *Ibid.*
151. Amor fastidium nescit, fervidus est. *Ibid.*
152. Qui Deum vere amat, omni tempore ejus custodit amorem; neque in angustia passionis deserit, quem in pacis tranquillitate confessus est. Sup. *Prov.* cap. 17. in illud: *Omnino tempore diligit.*
153. Præ amoris magnitudine, omnia temporalia sunt mihi fastidio. Sup. *Cont.* cap. 5. in illud: *Amore languo.* GLOSS. INT.
154. Sicut mors separat animam a corpore, sic amor Dei a temporalium amore. Sup. *Cont.* cap. 8.
155. Quanto magis Deus amatur, tanto magis suavior reperitur. Sup. *Sapient.* cap. 8.
156. Ecco verus amantium affectus, vel cum Christo vivere, vel cum eo mori. Sup. *Joan.* cap. 11. in illud: *Eamus et nos, et moriamur cum eo.*
157. Si Deum amas, gratis ama; si vere amas, ipse sit merces, quem amas. Sup. *Ep. ad Ephes.* GLOSS. INT.
158. Sicut per odium proximi, ita per amorem mundi extinguitur amor Dei. Sup. *Joan.* cap. 2. GLOSS. INT.
159. Machina mentis est vis amoris, quæ hanc s. GREG. MAG. dum à mundo extrahit, in alta sustollit. Lib. 6. *Moral.* cap. 17.
160. Illud apud Deum magis in amore est, qui ad ejus amorem plurimos trahit. Lib. 14. *Moral.* cap. 22.
161. Vilis menti fit ipsa salus sui corporis, quæ transfixa est vulnere divini amoris. Hom. 15. sup. *Ezech.*
162. Ille vere amat, cujus mentem delectatio prava ex consensu non superat. *Prosec.*
163. Nam tanto quisque à supremo amore disjungitur, quanto inferius delectatur. Hom. 30. sup. *Evang.*

164. Nunquam est Dei amor otiosus; operatur enim magna, si est; si vero operari renuit, amor non est. *Ibid.*

165. Potenter corpus extenuat, qui amore coelestium cor inflamat. *Prosec.*

166. Quia qui spiritualia fortiter diligit, desideria carnis valenter premit. Lib. 5. in I. Reg. cap. 4.

167. Quid levius aut unquam gratius amori, quam jugum divine suavitatis; quid grave non leviter tolerat, qui amat? *Ibid.* cap. 2.

168. Qui Deum amat ipsum solum desiderat. In septem Psalm. Pannit. sup. Psalm. in vers. 9.

169. Superiora amare, jam sursum ire est. Lib. 15. Moral. cap. 27.

170. Poma interrogat, si quietus quis veraciter amat. In praefat. *Expos. sup. Job.* cap. 3.

171. Præsons vita vilosceret, id est, cadere incipit cum conditoris amor dulcescere coeperit. Lib. 9. Moral., cap. 23.

172. Qui ad appenda aternitatis atria accenditur, dignum profecto est, ut tanto frigescat a studiæ sæculi, quanto surgit ardentior in amore Dei Lib. 4. Moral. cap. 30.

173. Qui in amore Dei cordis calorem non habet, nec etiam vitam quam diligit tenet. Lib. 11. Moral., cap. 26.

174. Mons humana, dum igne amoris excoquitur, semper in se servat claritatem pulchritudinis, quotidiana innovatione fervoris. Lib. 22. Moral. cap. 2.

175. Tanto menti tuæ in Cælo major erit requies, quanto modo ab amore conditoris sui requies nulla fuerit. Lib. 4. in Registro, indict. 13. cap. 84, ep. 40. ad Theodor. medic.

176. Studendum est, ut amorem Dei quisque sibi conciliet. *Ibid.* lib. 12, ind. 7, cap. 11. ad Julian.

177. Felix illa conscientia, in cuius corde præter amorem Christi, nullus alius versatur amor. Ep. 8. ad Demetriad.

178. Nihil amantibus durum est, et nullus difficilis labor est; amemus et nos Christum, et facile videbitur omne difficile. Epist. 22 ad Eustochium.

179. Sanctus amor impatentiam non habet. Ep. 6. adversus Vigilant.

180. Qui amoris igne hic ardere inchoat, cum ipsum quem amat, viderit, in amore ejus amplius ignescet. In Lament. Hierem. lib. 2, cap. 3.

181. Quanto soletius quisque divinis obtemperat jussis, tanto dulcius ejus amorem concipit. Lib. 1. Proverb. cap. 3.

182. Qui Deum amat, pacem cum fratribus necesse est habeat. *Prosec.*

183. Nam Deum falso amore diligit, qui scandalizatur in fratre. Sup. Psalm. cxvii.

184. Per mandatum quod in lege virtutum est, scilicet quo Deum ex tota anima, ex tota virtute amare præcipimur, digni illuminatione cognitionis efficitur. Sup. Psalm. cxviii.

185. Ter Petrus Christum negasse dicitur, et tunc a sanguine Petrus interrogatur. *Prosec.*

186. Amas, amas, amas? amo, amo, amo: pascet, pascet, pascet.

187. Amas Patrem, amas Filium, amas Spiritum Sanctum? Amo, amo, amo corde, ore et opere: pascet, pascet, pascet vita, doctrina et exemplo. Lib. 4. de Claustro animæ, cap. 6.

188. Amor Dei ubi venerit, cæteros omnes in se traducit, et captivat affectus, amor per se sufficit, per se placet, et propter se. *Prosec.*

189. Ipse est meritum, ipse premium, ipse causa, ipse fructus, ipse usus. Lib. 4. de Anima, cap. 9.

190. Non vis, o anima, habere amorem Dei solitariam, noli tamen habere prostitutum; quæris unicuique, quære et unice electum. In Soliloq. de Arrha animæ.

191. Lucerna fulgoris est verus amor, ardens in mente per desiderium, et splendens in facie per exemplum. In Contempl. divini amoris, cap. 1.

192. Amor Dei hominem lætificat, et a terrenis sublevat. *Ibid.*

193. Sine amore Dei, nec elemosynæ largitio, nec Martyrii susceptio, nec aliquorum honorum operatio proficere ad salutem potest. *Ibid.*

194. Amor Dei hominem perficit, omnia sustinet, omnia patienter portat. *Ibid.*

195. Amor Dei non molestat, sed cum exultatione et gaudio stringitur, et cum securitate desideratur. *Ibid.* cap. 4.

196. Amor Dei libertatem donat, timorem pellit, laborem non sentit, meritum non respicit, premium non requirit, fessos alleviat, debiles roborat, moestos lætificat, esurientes reficit, deficientes jucundos reddit. *Ibid.*

197. Amor Dei, fons vitæ est: nec vivere anima potest, quæ non hauserit ex illo; nec haurire potest, nisi præsens fuerit ipsi fonti, scilicet Deo, qui est fons totius amoris. *Ibid.*

198. Amor Dei pectora suis radiis illustrat, pestes mentis sanat, secreta cordis illuminat. *Ibid.* cap. 5.

199. Verus Dei amor vacuus esse non potest, sed ejus premium incipienti proponitur, amanti promittitur, et perseveranti redditur. *Ibid.* cap. 9.

200. Labor non fatigat Dei amorem, tormentum amorem non superat, amor quiete fit inquietior. *Ibid.* cap. 13.

S. JOANNES CHRYSOST. 201. Nemo se fallat, nemo se decipiat, Deus et diabolus ab uno pariter amari non possunt: aut enim diabolus oditur, aut Deus amatur; si amatur diabolus, necesse est ut Deus contemnatur. Serm. sup. illud Gen. 3. Inimicitias ponam, etc.

202. Amor Dei facile mala, et terribilia depellit. Hom. 50. sup. Matth.

203. Nihil tam alienum a divino amore hominem reddit, nihil tam facile in gehennam intrudit, quam superbia insaniam. Hom. 8.

204. Non sic insanus amator dilectam suam amat, ut Deus penitentem animam. Hom. 22. ad Popul. Antioch.

JOAN. GERS. 205. O felix hominum genus, si vestros amicos amor, quo oculum regitur, regat! In princ. 2. partis sermonis ad Regem.

S. ISIDORUS HISPALENSIS 206. Qui curis terrenis se implicat, a Dei amore se separat; et qui in rerum amore diligitur, in Deo nullatenus delectatur. *Prosec.*

207. Difficile est Deum simul et sæculum diligere, utraque simul amari æqualiter non possunt. Lib. 2. de Synonym. cap. 17.

S. ISIDORUS PELES. 208. Christi amor imbecillior est in eo, cui auri amor valentior extitit. Lib. 3. Ep. 209. ad Chæremoneum Diaconum.

S. LEO I. 209. Amor directus in Deum, nec inter secunda superbit, nec inter adversa deficit. Ser. 1. de Jejun. Decimi mensis.

210. Pius et castus animus ita gaudet Deum amare, ut in nullo extra illum cupiat delectari. Serm. 7. de Jejunio septimi mensis.

LUD. BLOS. 211. Ve homini illi, qui Deum non amat! nunquam enim vere securus, nunquam vere tranquillus est: vitilis servit, vanitatem sequitur. In Canone vitæ spiritualis, cap. 15.

S. MAX. MART. 212. Ille Deum non amat, qui alicui rerum terrenarum mentem habet alligatam. De charitate, centuria 2. cap. 1.

S. PET. DAM. 213. Ab amore Dei nulla vos mundi prosperitas retrahat, nulla vos adversitas frangat. Serm. 17. de S. Vitali.

S. PROSPER. 214. Amans Deum anima revera in coelum a terris emicat, sumptisque alis petit sublimia. Lib. 1. De victimis.

215. Inter multa illecebrosa et multa fallacia Deum amare, paucorum est. Sent. 17.

RICH. A. S. VICTORE. 216. Quanto mundi malis justius acerbius urgentur, quanto gravius flagellis atteruntur, tanto ad Dei amorem vehementius accenduntur. Part. 1. lib. 2. de Contempl. cap. 24.

217. Anima Deum amans, amore non satiatur,

quia Deus amor; quem qui amat, amorem amat; amare autem amorem, circulum facit, ut nullus sit finis amoris. De gradibus charit. cap. 2.

218. O bone Deus! quem amare, edere est, quomodo amantes te sic reficis, ut magis esuriat? nisi quia tu simul cibus es, et esuriens; et qui te non gustavit, te prorsus esurire nescit: ad hoc ergo cibus, ut esurire facias. *Ibid.*

219. Tanto inventur voluntas promptior ad fervorem divini amoris, quanto magis ea quam propter ipsum facimus aut patimur, nostræ voluntati repugnant. Opusc. de perfect., vitæ spirit. cap. 12.

220. Ad provocandum nostrum amorem in Deum, nihil magis valere potuit, quam quod Verbum Dei, per quod omnia facta sunt, ad reparationem naturæ nostræ eam assumeret, ut idem esset, et Deus et homo. *Ibid.* contra Græcos, Armenos, etc. cap. 8.

221. Ardenter Christum amare, ipsum tenere est. Medit. 3. de Adventu, cap. 4.

222. Amans Deum anima sub Deo despicit universa. Lib. 2. de Imit. Christi, cap. 5.

223. Amor Jesu nobilis ad magna operanda impellit, et ad desideranda semper perfectiora excipit. *Ibid.* lib. 3. cap. 5, sect. 3.

224. Amor Dei vult esse sursum, nec ullis infimis rebus retineri. *Ibid.*

225. Amor Dei vult esse liber, et ab omni mundana affectione alienus, ne internus ejus impediatur affectus. *Ibid.*

226. Nihil dulcius est hoc amore, nihil fortius, nihil altius, nihil jucundius, nihil plenius, nihil melius in coelo et in terra. *Ibid.*

227. Amor Dei vigilat, et dormiens non dormitat, fatigatus non lassatur, arctatus non coarctatur, territus non conturbatur; sed sicut vivax flamma et ardens facula, sursum erumpit, secumque pertransit. *Ibid.* cap. 5, sect. 5.

228. Cum amor Dei intrat in cor, cuncta transitoria de corde recedunt. In Hortulo Rosar. cap. 4.

229. Amor Christi est jucunditas mentis, paradus anime, excludit mundum, vincit diabolum, claudit infernum, aperit coelum. *Ibid.* cap. 16.

230. Nil tibi melius, nil salubrius, nil suavius, nil jucundius, nil dignius, nil altius, nil feli- cius, nil perfectius, nil beatus quam ardentissime amare Deum. *Prosec.*

231. Hoc centies dico, hoc millies replice, nullum studium elegantius, nullum opus eminentius quam amare Deum. In valle Liliorum, cap. 26.

232. Amor Dei debet esse sicut oleum super aquam in lampadæ cordis; amor vero creaturam debet esse frigida sub oleo amoris Dei. Serm. 1. Dom. 13. post Trinit.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMPIS.

S. VINC. FER.

- SENTENTIA PAGANORUM.
- PLATO. 233. Magnus Deus est amor. *Srzygia* 5. *de convivio*.
- SENECA. 234. Deus colitur et amatur. *Ep.* 47.
- SIXTUS PHILOSOPH. 235. Culmen pietatis est amor Dei. *Sent.* 79.
236. Sapientum animae, insatiabiles sunt in amore Dei. *Ibid.*
237. Non amabis Dominum Deum, nisi habueris in te aliquid simile Dei. *Ibid.*

AMOR PROXIMI.

- Definitio.* Amare hominem in Deo, non est aliud nisi amare illum propter unum tale, quod non potest amari sine Deo. In *Speculo Ecclesiae*, cap. 30.
- CICERO. Amare proximum nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem amas, nulla utilitate quaesita. *De Amicit.*
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMBROSIIUS. 1. Acquiri filium, qui fratrem acquiri amore. *Apud Bedam. Scintillar.* cap. 8.
- S. ANSELMUS. 2. Plus peccat, qui amorem proximi a corde alterius minuit, quam qui victum ab ore pauperis rapit. *De similitudinib.* cap. 150.
- S. AUGUSTINUS. 3. Homo proximus est tuus; vitium inimicum est proximo tuo: tunc amas proximum, si oderis quod nocet proximo. *Serm.* 2. *Dom.* 19. *post Trin.*
4. Non putes tunc te amare servum tuum, quando eum non cedis; aut tunc te amare filium tuum quando ei non das disciplinam; aut tunc te amare vicinum tuum, quando eum non corripis; non est ista proximi charitas, sed languor. *Tract.* 7. In *Ep. Joan.*
5. Noli in homine amare errorem, sed hominem: hominem enim Deus fecit, errorem ipsius homo fecit; ama illud quod Deus fecit, noli amare quod ipse homo fecit. *Prosec.*
6. Cum illud amas, istud tollis; cum illud diligis, istud emendas. *Ibid.*
7. Non est interior litterarumscientia, quam scripta conscientia, id se alteri non facere, quod nolit pati. *Lib.* 1. *Confess.* cap. 18.
- S. BERNARDUS. 8. Verus amor non habet amaritudinem scandalii. *Serm.* 13. *ad Sororem.*
9. Tunc amor tuus et temperans erit et justus, si quod propriis subtrahitur voluptatibus, fratris necessitatibus non negetur. In *Tract. de diligendo Deo.* cap. *Amor.*
- S. BOAVEN. 10. Si culpa malorum sit odienda, natura tamen est amanda. In *Joan.* cap. 15. *sup. illud: Mundus vos odit.*
11. Nunquam amor sic probatur (si sit verus)

- sicut si pro amore alterius alius moriatur. *Serm.* 2. *de S. Andrea.*
12. Non amabis proximum, qui aurum amat. *Lib.* 5. *Phoretæ*, cap. 11.
13. Melior est par divitiis, et temporarium honorum possessio amori fraterno est postponenda. *Lib.* 5. *Glaphyrorum.* in *Genes.* capite 2. *de Jacob.*
14. Si vis a proximo amari, ostende te bonum esse vel amabilem. In *speculo Ecclesiae*, cap. 30.
15. In hoc solum cognoscam, si es servus Dei, si fratrem graviter errantem amare non desideris. *Opusc.* *Ep.* 6. *ad Fratrem Eliam.*
16. Tolerare non poteris, quos amare desideris. *Ibid.* *Ep.* 7. *ad Fratrem Eliam.*
17. Amor proximi compassionem habet, et quemdam nimis suavem gustum, dum gemitibus novit condolere. *Serm.* 19. *sup. Cant.*
18. Nihil est castitas carnis, si non adsit mentis suavitas in amore proximi. *Sup. Job.* c. 5.
19. Amare amantem, naturae est; non amantem vero cogi beneficiis ad amorem, perfectionis est. *Sup. Math.* cap. 7.
20. Non est frater amor, nisi mutuis se praeveniatis obsequiis. *Sup. Ep. ad Rom.* cap. 12.
21. Amant se invicem mali, sed amor iste tartareus est, et pejor quam discordia. *Sup. Epist.* 1. *Joan.* cap. 3. *illud: Diligamus alterutrum.*
22. Nemo aliquem amat, quem non vult esse meliorem. *Lib.* 22. *moral.* cap. 6.
23. Tantum quisque portat proximum, quantum amat; si enim amas, portas; si desisti amare, desisti tolerare. *Hom.* 15. *sup. Ezech.*
24. Si quis quemlibet amat, sed non propter Deum amat, charitatem non habet, sed habere se putat. *Hom.* 38. *sup. Evang.*
25. Ille securus amat, qui propter Deum illum amat, a quo se intelligit non amari. *Ibid.*
26. Sit amor, sed non emolliens. *Lib.* 1. in *Regist. Indict.* 9. cap. 24, *Ep.* 24, *ad Joan. Episc.*
27. Qui ex adversitate proximum despicit, aperte convincitur, quod huic in prosperis non amavit. *Lib.* 7. *mor.* cap. 10.
28. Inter amantes se animos hominum, magnum charitatis familiaritas assum praebet. *Lib.* 3. *Dialog.* cap. 37. *verbo Ante.*
29. Minus proximum amare convincitur, qui non cum eo in necessitate illius, etiam ea quae sibi sunt necessaria partitur. *Hom.* 20. *sup. Evang.*
30. Recto ordine proximis auxilia praebemus, quando, ad haec exhibenda, non timore agimus, sed amore provocamur. *Lib.* 5. in *I Regum*, cap. 1.
31. Nemo illi quem vere amat, invidet, cuius-

S. HIERONIMUS.

- vis eum esse conspiciat glorie, vel honoris; sed omnem ejus felicitatem, quasi suam libenter amplectitur. *Sup. Epist.* 1. *ad Cor.* cap. 13. *sup. illud: Caritas non emulatur.*
- S. IOANNES CHRYSOSTOMUS. 32. Qui amat, quoniam redamatur, si quid minus jucundum ab amico ad eum profectum fuerit, finem amandi illico facit. *Hom.* 61. *sup. Math.*
33. Quos vere amamus, nunquam morsu petimus. *Hom.* 24. *sup. Epist.* 1. *ad Cor.* in *mor.*
34. Qui amat, beneficium magis impendere, quam accipere cupit. *Hom.* 2. *sup. Ep.* 1. *ad Thessalon.*
35. Amori proximi nihil aequiparari potest. *Orat.* 5. *adversus Judæos.*
36. Nihil amori proximi preferas, præterquam ea, propter quae charitas Deum non recte intuetur. *Parænesis* 99.
- PETRUS BLESIENSIS. 37. Eum felicissimum puta, qui sic amat omnes, ut mereatur amari ab omnibus. *De Amicit.* cap. 18.
- S. PETRUS CHRYSOLOGUS. 38. Delicta non videt vis amoris. *Serm.* 3.
39. Verus amor est fecisse suas angustias angustias. *Ibid.* *serm.* 14.
- S. PETRUS DAMIANUS. 40. Non vos ab amore proximi iracundia dividat. *Serm.* 17. *de S. Vitali.*
- PETRUS MARCHIUS CLUNIACENSIS. 41. Verus amor honorum sentit vicissitudinem, qui in omni casuum permutatione integram semper novit amico servare fidem. *Lib.* 1. *Ep.* 12. *ad Guillelm. Archiepisc. Ebrudinensem.*
- RICHARDUS A SANC-TO VICTORE. 42. Non potest amor esse jucundus, si non sit et mutuus, ut sit qui amorem impendat, et qui amorem rependat. *Lib.* 3. *de Trin.* cap. 3.
- TRALLASSIUS. 43. Omnes homines amat, qui in eis nihil humanum amat. *Hecatonstade* 1, *sent.* 69.
- S. THOMAS AQUINAS. 44. Quanto aliquis intensius amat, tanto facilius alia propter ipsum contemnuntur. *Opusc. de pers. vitæ spirit.* cap. 14.
- IN VII. PATR. 45. Si propriis oculis viderem Sacerdotem Dei, vel aliquem eorum, qui monarchico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam explicarem, et cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. *Lib.* 1. in *vita S. Joan. Eleemosynarii*, cap. 35.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- CHILONIS. 46. Amato tanquam osurus, oderis tanquam amaturus. *sent.* 6.
- CICERO. 47. Nihil mihi minus hominis videtur, quam non respondere in amore iis, a quibus provoceris. *Ep.* 1. *ad Brutum.*
48. Praeclarum illud est, rectum quoque, et verum, ut eos, qui nobis charissimi esse debeant, aequè ac nostmetipsos amemus. *Prosec.*
49. Nec optandum est quidem in amicitia, ut me
- ille plus quam se amet, et ego illum plus quam me, plus enim nullo pacto potest. *Lib.* 3. *Tusc. quæst.*
50. Qui amat corpus tuum, non amat te, sed qui amat animum tuum, te amat. *Lib.* 2. *de Republ.*
51. Illud homini verecundo et probò miserimum est, si eum amare oportet, quem non juvat. *Lib.* 2. *de Benefic.* cap. 18.
52. Fundamentum est, et initium cultus Dei amare Dei homines. *Sent.* 387.
- PLATO. 50. Qui amat corpus tuum, non amat te, sed qui amat animum tuum, te amat. *Lib.* 2. *de Republ.*
- SENECA. 51. Illud homini verecundo et probò miserimum est, si eum amare oportet, quem non juvat. *Lib.* 2. *de Benefic.* cap. 18.
- SIXTUS PHILOSOPH. 52. Fundamentum est, et initium cultus Dei amare Dei homines. *Sent.* 387.
- AMOR DEI ET PROXIMI.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Victus animæ est amor Dei et proximi. *De s. ANSELMUS. similit.* cap. 150.
2. Beatus, qui amat te, Deus, et amicum in te, s. AUGUSTINUS. et inimicum propter te. *Lib.* 4. *Conf.* cap. 9.
3. Spes de promissis, et gaudium de præmiis, faciunt amorem Dei et proximi. *De spir. et anima*, cap. 5.
4. Per amorem Dei, omnes ei adhaeremus; per amorem proximi, omnes ad invicem unum sumus, ut bonum commune omnium fiat singulorum, et quod quisque in se non habet, in altero possidet. *Ibid.* cap. 16.
5. Per odium mundi et sui, anima proficiscitur in amorem Dei et proximi. *Ibid.* cap. 4.
6. Ille veraciter amat amicum, qui Deum amat in amico: aut qui amat in illo, aut ut sit in illo. *Serm.* 5. *de Dedicat.*
7. Nullus certior gradus ad amorem Dei, quam hominis erga hominem charitas. *De Morib. Ecclesiae*, cap. 26.
8. Amor Dei, amor proximi charitas dicitur. *Sup. Psalm.* xxxi.
9. Deum amat amicum, qui Dei amorem amat in amico. *Lib.* 22. *contra Faust.* cap. 78.
10. Qui amat proximum, amat Christum, et s. BONAVENTURA. Christum amando, Christo se facit similem. *Serm.* 9.
11. Cum ceperit quis sentire copioso charitatem Dei, tunc incipit sensu spiritus proximum quoque amare. *De pers. spir.* c. 15.
12. Omnium virtutum regina, origo, motrix ac finis est charitas, qua Deus amatur et proximus. *Sup. Ep.* *ad Rom.* cap. 13.
13. Amor fraternus Dei amore est condendus, formandus ac perficiendus, atque ad Dei actuallem dilectionem finaliter referendus. *sup. Ep.* II. *B. Petri.* cap. 1.
14. Ad amorem Dei, qui est bonitas, non potest pervenire, nisi per amorem proximi. In *speculo Eccl.* cap. 3.
- EDMUNDUS.

GLOSS. ORD.

15. In amore proximi dicitur, qualiter conditor debeat amari. Sup. III Reg. cap. 6.

GREGORIUS
MAGNUS.

16. Per amorem Dei amor proximi gignitur, et per amorem proximi amor Dei nutritur. Lib. 7. Moral. cap. 10.

17. Mens nec sic pro amore Dei quietem diligat, ut curam proximi, utilitatemque postponat: nec sic pro amore proximi occupationi inserviat, ut quietem funditus deserens, ignem in se superbi amoris extinguat. Lib. 6. Moral. cap. 17.

18. Qui amare Deum negligit, profecto diligere proximum nescit. *Ibid.*

19. Amor Dei amorem proximi generat; et amor Dei ex proximi amore coalescit. *Ibid.*
20. Nec amorem Dei prepediat amor proximi, nec amorem proximi abiciat amor Dei. Lib. 28. Moral. cap. 6.

21. Ad amorem Dei et proximi plerumque corda audientium plus exempla, quam verba excitant. Hom. 49, sup. *Evang.*

22. Vinculum perfectionis est charitas Dei et proximi. Lib. 5, in 1. *Regum*, cap. 2.

HUGO CARD.

23. Quanto plus quis facitur divitiis temporalibus, tanto amplius refrigerat ab amore Dei, et proximi. Sup. III Reg. cap. 4.

24. Quando refrigerat charitas ab amore Dei et proximi, convertitur ad amorem sui. Sup. *Epist.* II, ad Tim. cap. 3.

IDIOTA.

25. Per amorem proximi cognoscitur amor Dei conservari et nutrir. In *Contempl. amoris divini*, cap. 29.

S. JOHANNES
CHRYSOSTOM.

26. Non potest hominem odisse, qui Deum amat; nec potest Deum amare, qui hominem odit. Hom. 42. *Oper. imperf. sup. Math.*

LEO I.

27. Virtus et sapientia fidei Christianae amor Dei est, et amor proximi. Serm. 7. *Quadr.*

THALASSIUS.

28. Amor, si totus ordinetur in Deum, amantes inter se, et cum Deo copulat. *Heccatolade* 1. Vide etiam titul. Dilectio Dei et proximi.

AMOR PARENTUM.

Vide Parentes.

AMOR PECUNIARUM.

Vide Pecuniarum cupiditas.

AMOR SUL.

S. CLEM. ALEX.

Etymologia. *ελαστος* Græce, Latine nimius amor sui, qui semper est quibuslibet causa peccatorum. Lib. 6. *Stromat.*

S. AUGUSTINUS.

Definitio. Amare se, est sibi præsto esse velle ad fruendum se. Lib. 9, de *Trin.* cap. 2.

DIONYSIUS
CARTHUS.

Amor sui est inordinata affectio, qua homo amat se in se. *De fructuosa temporis deductione*, art. 11.

AMOR SUL.

Amare se in se est ea velle, et affectare, quæ sunt homini delectabilia, et ad propriam inclinationem, et naturam in seipsa consideratam.

Hinc amare se in se est inordinatum, perversum, et damnabile. *Ibid.*

Amor sui est amor inordinatus, et vitiosus ad seipsum reflexus. *De Morific. vivifica.* art. 3.

Philautia est affectus, quo aliquis erga proprium corpus afficitur. *De Charit.* centuria 2, cap. 8.

Philautia est amor, quo corpus complectimur, rationi non consentaneus. *Ibid.* cent. 3, cap. 37.

Amor sui est permanendi, conservandique se insita voluntas. Ep. 82.

Differentia. Amor privatus et divinus differunt: Amor privatus est omnium vitiorum origo; amor autem divinus omnium bonorum estradix. *Prosec.*

Minoratio privati amoris est augmentatio seu profectus amoris divini.

Plena autem privati evulsio est perfecta divini amoris adeptio. *De fruct. temporis deductione.* Art. 11.

Amare se in se, seu amor privatus; et amare se in Deo, seu amor divinus, penitus contrariantur, et se mutuo expellunt se diminuant. *De Morific. vivifica.* art. 3.

Productio. Ex amore sui statim procedit concupiscentia sensualis, et omnia vitia carnis. *Prosec.*

Ex isto amore maledicto procedunt gula, luxuria, oscula, amplexus, lascivi affectus, carnis affectus, libidinosi contactus, applicatio corporalis, confabulatio vana, mollis et diturna dormitio.

Ex pessimo isto amore producentur avaritia, cupiditas, sollicitudo superflua, fraus, dolus, furtum, rapina, adulatio, questus, thesaurizatio, occupatio, timor perendi terrena, dolor superfluis de eorum amissione.

Ex pestifero isto sui amore nascuntur ambitio, desiderium prelationis, cupido proprie libertatis, simoniaca pestis, blanda promissio, prava suspicio, partialitas.

Ex amore isto damnabili oriuntur simulatio, calliditas, invidelitas, hypocrisis, singularitas, complacentia vana, inobediencia, rebellio, contentio, induratio, pertinacia atque similia. *De fruct. temporis deductione*, art. 11.

Amor proprius et privatus oculum mentis vehementer claudit, et est omnium causa, radix et fomes malorum. *De contempl. divini amoris*, cap. 31.

Multa sunt Philautie germina: scilicet opinio de se magna, arrogantia, superbia, et inanis glorie cupiditas ab hac pullulant; perniciosior autem omnibus est superbia. Sup. *Luc.* cap. 18, in illud: *Omnis qui se exaltaverit, etc.*

IDIOTA.

THEOPHY
LACTUS.

AMOR SUL.

AMOR SUL.

THALASSIUS.

Principium malorum animæ fuit philautia; philautia enim amor est corporis sui. *Heccatolade* 2, sent. 4.

Ex affectionibus philautiæ, tres generales concupiscentiarum cogitationes trahunt originem: scilicet cogitationes gastrimargiæ, inanis gloriæ, et avaritiæ. *Heccatolade* 3, sent. 87.

S. THOMAS
AQUINAS.

Amor sui est principium peccandi. *Secunda secundæ*, quest. 21, art. 1.

SIXTUS PHILO
SOPHUS.

Ex sui ipsius amore, injustitia nascitur. Sent. 130.

S. AUGUSTINUS.

Comparatio. Sicut nemo est, qui non diligat animam suam: sic nemo est, qui non amet carnem suam. Hom. 37.

HESYCHIUS.

Sicut non est venenum quod superet venenum aspidis, et basilisci: sic nullum est vitium, quod vincat philautiæ vitium. Cent. 1, sent. 100.

SENTENTIA PATRUM.

S. ANTONIN.

1. Amor sui iudicium pervertit, offuscet rationem, intellectum obtenebrat, inficit voluntatem, viam salutis obstruit, ignorat Deum, proximum nescit, exulat virtutes, peccata accumulatur, suscitatur rixas, honorem querit, delectatur in hominum cæde, rapinam exercet, negligit divina mandata, corporeos sensus effrenat, querit voluptates, paradisum claudit, pandit portas inferni, civitatem Babylonis animabus replet damnatis. Part. 1, titul. 4, cap. 2.

2. Amor sui secundum sensualitatem est ille qui edificat statum damnationis, crescens usque ad contemptum Dei. Part. 2, titul. 5, cap. 13.

3. Amor sui imitatur Deo, proximo injuriatur, in vitio multiplicatur. *Idem.*

4. Amor sui habet seipsum ultimum finem, et sic fruitur seipso, et utitur Deo. *Ibid.* cap. 13.

S. ANTONIUS
ABRAS.

5. Corporum nostrorum amicitia insubstantia et inconstantia est, que movetur sæpe ab extraneis ventis. Ep. 7, ad *Frates.*

S. AUGUST.

6. Nimis perverse seipsum amat, qui et alios vult errare, ut error suus lateat. Ep. 7, ad *Marcellin.*

7. Quisquis se amat, amor non est, nisi cum amatur ipse amor. Lid. 9, de *Trin.*, cap. 2.

8. Quis cunctari potest quin sese amet, qui amator est Dei? *De Morib. Eccles.*, cap. 26.

9. Fieri non potest ut seipsum (qui Deum diligit) non diligat, imo vero solus se novit diligere, qui Deum diligit. *Prosec.*

10. Ille se satis diligit, qui sedulo agit, ut summo et vero perfuatur bono. *Ibid.*

11. Nescio qui inexplicabili modo quisquis se, non Deum amat, non se amat; et quisquis Deum, non seipsum amat, ipse se amat. Tract. 123, in *Evang. Joan.*, cap. 21.

12. Qui non potest vivere de se, moritur utique amando se: non ergo se amat, qui ne vivat se amat. *Ibid.*

13. Mens amare seipsam non potest, nisi etiam se noverit; nam quomodo amat quod nescit? Lib. 9, de *Trin.*, cap. 3.

14. Quantumlibet homo excidat a veritate, manet illi dilectio sui, et dilectio corporis sui. Lib. 1, de *Doctr. Christiana*, cap. 23.

15. Fugax animus ab incommutabili lumine omnium regnator, id agit, ut ipse sibi regnet et corpori suo: et ideo non potest, nisi et se et corpus diligere. *Ibid.*

16. Dilectio sui in malo, melius odium sui vocatur. *Ibid.*

17. Fit infirmus animus, cum de mortali corpore cruciatur; necesse est enim ut illud diligat, et ejus corruptione pregraveretur. *Ibid.*

18. Tanto magis inhaeret Deo, quanto minus diligit proprium. Lib. 12, de *Trin.*, cap. 11.

19. Qui se propter habendum Deum diligit, ipsi se vere diligit; quia ut se diligat, diligit Deum. Tract. 83, sup. *Evang. Joann.*, de cap. 15.

20. Fecerunt civitates duas amores duo: terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei; celestem vero amor Dei usque ad contemptum sui. Lib. 14, de *Civit. Dei*, cap. 28.

21. Te ipsum salubriter diligis, si plusquam te diligis Deum. *De Morib. Eccles.*, cap. 26.

22. Qui se vere diligere novit, Deum diligit: qui vero non diligit Deum, etiamsi se diligit, se odisse dicitur. Lib. 14, de *Trin.*, cap. 14.

23. Qui se, non Deum diligit, sibi adversatur, et seipsum tanquam suum inimicum insequitur. *Ibid.*

24. Qui amat homines, aut quia justus sunt, aut ut justus sint amare debet: sic et seipsum amare debet, aut quia justus est, aut ut justus sit. *Pros.*

25. Qui aliter se diligit, injuste se diligit; quoniam se ad hoc diligit, ut sit injustus. *Ibid.* Lib. 8, cap. 6.

26. Sit hominis in animam suam amor, ut peccat; odium, non peccat; si male amaveris, tunc odisti; si bene oderis, tunc amasti; felices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando. Tract. 51, sup. *Evang. Joann.*, cap. 12.

27. Sterquilinum vile custodit, qui corpus suum custodit. Serm. 46, de *parvis Ser.*

28. Amor tui tuum contra te iudicium fallit. *De Avodocim gradibus humilit. verbo: Inquirimus.*

29. Qualem te amas, talem te vel putas esse, vel speres fore. *Ibid.*

30. Modi se diligendi sunt quatuor: Carnem

S. BERNARD.